

**HISTORIA**  
**ECCLESIAE, ET CONVENTUS**  
**MONTIS SANCTI**  
**DIVÆ VIRGINIS GRATIARUM**  
**COMITATUS GORITIENSIS.**

**HISTORIA**  
**ECCLESIÆ, ET CONVENTUS**  
**MONTIS SANCTI**  
**DIVÆ VIRGINIS GRATIARUM**

IN QUINDECIM CAPITA DISTRIBUTA

Variis Sacri Eloquii, Sanctorumque Patrum oraculis, Elogiis,  
Marianis prodigiis, piis reflexionibus: atque argumentosis  
Symbolis compendiosa methodo exornata, ac consecrata

**GLORIÆ, ET HONORI**

*E J U S D E M*

**SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS**

cujus Sacratissima Effigies accedente consensu

**URBIS, ET ORBIS**

Vaticano ritu, Pontificali apparatu, indicibilique  
fidelium concurrentium

**JUBILO, ET NUMERO**

**AUREIS REDIMITA CORONIS**

a duobus jam sæculis, & amplius miraculis claret,

**PRÆLO DONATA**

*Gloriosissimis sub Auspiciis*

**INCLYTORUM STATUUM**

*Illustrissimi, ac Principalis Comitatus Goritiensis*

**O P E R A**

**A. R. PATRIS CASPARI PASCONI**

SS. Theologiæ Lectoris Emeriti, & Provinciæ S. Crucis, Croatiae, &  
Carniolæ Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ Ex-Ministri  
Provincialis, & actualis ejusdem Custodis.

---

**VENETIIS, MDCCXLVI.**

Apud Dominicum Occhi.

**SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.**




Sap. 4

• Posuit diadema Regni in Capite eius. Ester. 2.

Contabundus et psalms virtutes tuas. Psal. 29

Coronati triumphat



De populo ut confect hic decessit, et post gradum

Gabr. Boadenor sc. et circid. A. V.

Effigies

Vera

D.V. Gratiarum frequentia Populorum, et miraculorum magnificientia celebris. In Ecclesia Coenventus Montis Sancti prope Corinthiam sub RR. PP. Ord. Minorum S. Francisci Vaticano ritu Solemnissime coronata 6 Junij 1777. Claret verò iam ab Anno 1539.

INCREATÆ SAPIENTIÆ  
GENITRICI,

MATRI GRATIARUM  
MONTIS SANCTI

Epistola Dedicatoria.



Deest tandem **SANCTISSI-**  
**MA DEI GENITRIX** tam  
meis, quam aliorum ardentissimis vo-  
tis exoptatus supremæ tamen **MAJE-**  
**STATI TUÆ** impar valde hic **HI-**  
**STORICO-MARIANUS TRIUM-**  
**PHUS** de *Ortu nempe, & Progressu*  
Sacrosanctæ **Ædis Tuæ, & Conventus**  
**Montis Sancti** a duobus jam **Sæculis,**

& amplius CLORIÆ, & HONORI TUO ab Auctore Sæculorum consecrati. Tanto ergo avidius sacratissimis patrociniis Tui manibus se insinuat optime una mecum gnarus quia humilium, & parvulorum vota, atque obsequia non despicias, quanto pluribus argumentis a Te vindicatum esse agnoscit, & suffragiis munificentia Tuæ muniri intime postulat. Etenim cum cuncta sapientiæ dona a Te mortales in terris, supernæque Patriæ Principes in Cœlis accipiant, ( si parva fas est componere magnis ) hoc quoque mirabilem operum tuorum Opusculum ad gratiæ thronum, & Clementissimos adorabilis Majestatis Tuæ pedes sese prosternit, & quemadmodum e beato hujus sacri verticis solo, quod ipse Altissimus mirifico gloriosissimæ apparitionis Tuæ portento sanctificavit, filiales suos trahit natales, ita Augustissima Tua sultum ope ut in publicam ad Mariophilorum solamen lucem prodeat, foliaribusque sapientiæ Tuæ condecoretur radiis, ad Te Coronatam pro coronide contendere necessum habuit: Recenset equi-

equidem Ephemeridem rerum à Te ge-  
 starum. Omne itaque quod in eo est,  
 Tuum est, atque de manu Tua fabri-  
 catum, proin ad Te velut ad fontem  
 suum, unde promanarunt singula, re-  
 vertuntur, ut uberiori posthac scaturi-  
 gine in devotas Tuas propagines redun-  
 dent, ampliusque fecundentur. Præte-  
 rea quidquid in eo agitur, eo dunta-  
 xat collimat, ut Te veluti divinitatis  
 sacrarium, Sanctitatis miraculum, &  
 templum Divinæ gloriæ ornatissimum  
 in vertice *Montis hujus* a Domino præ-  
 parati, omniumque sospitaticem, &  
 cunctipotentem Principem esse ostendat,  
 ejus præcipue materna præsentia dum  
*jam a sæculis in loco vastæ licet soli-*  
*tudinis hujus* Clientes Tui fruuntur,  
 terræ tamen promissionis velut delicias  
 delibare arbitrantur. Ignobilis procul-  
 dubio *Mons iste* Tuus diu videbatur,  
 & quantum eminus patuit, tantum co-  
 minus latuit, nemini agnitus, nisi peco-  
 ri, & pecorariæ *Ursula*. O felix sane  
 puella! vel ideo digna, quia oraculum  
 Matris ipsius supremi Numinis Populo  
 annuntiare meruit, & stupendo com-

probavit eventum, dum superis digna,  
 superstitionis rea bis, & iterum incar-  
 cerata, bis, & iterum liberata appari-  
 tionem Tuam admirabilem, & visio-  
 nem ter, & amplius firmavit, hocque  
 pacto *Montem hunc* profano minorem,  
 & *Sacro* majorem fecit, quemve malis  
 sentibus squalidum reperit, bonis men-  
 tibus validum reliquit. Fidelis igitur  
 hæc Virgo gravidata meritis sterilitatem  
 asperi hujus *jugi* fertilem *juga* fidelium  
 pietate fecit, dum *Nuntia* adpromissa-  
 rum Tuarum gratiarum imperscrutabi-  
 li Dei judicio fuit ordinata. Tuus inquam  
*Mons* o Alma Parens iste est, in quo  
 velut in excelso habitaculo Majestatis  
 gratiæ, & gloriæ Tuæ *pusillus* *Mino-*  
*rum* cœtus constanter persistit, *Divi-*  
*nasque* *indies* occinit laudes, ac unani-  
 mi voce confitetur, ut innumeris vici-  
 bus, innumeris in supplicibus proba-  
 tum est te nimirum ejusdem *Gregis* *Mi-*  
*noritici* veram esse Matrem, atque in-  
 defectibile charismatum supernorum ga-  
 zophilacium, quandoquidem *hiantibus*  
 semper valvis prostant *Hic* eorumdem  
 promptuaria, ubi propterea gaudent An-  
 geli

geli, mundus exultat, infernus contremiscit, Dæmones fugiunt. Ubi accipiunt singuli a te velut communi humani generis *Advocata* quantum petunt, & consolati recedunt, si quantum possunt, faciunt. Testes porro horum omnium sunt tot, ac tanta *Votiva* anathemata hinc inde per *Sacrosanctam* hanc *Ædem* tuam pendentia, quæ veluti indices singularia tua demonstrant magnalia. Tot idem clamitant, quot variis languoribus vexati ad ingressum hujus probaticæ piscine convaluerunt. Tot sincera confessione testimonium perhibent, quot ( 1 ) ut meminit *Clare Vallis Abbas* intimus honoris tui zelotes: *Reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, perichitantibus adiutorium, & liberationem tuis Sanctis obtinuisti precibus.* Tot denique id ipsum protestantur, quot ab immundis spiritibus exagitati, & liberati sunt, teque benedictam *Dei Genitricem* ad hæc usque tempora laudare proinde non cessant, infallibili lumine primæ veritatis edocti, te in hunc mundum venisse, ut supremum cacodæmonis

( 1 )  
Serm. 8. de  
Assumpti

( 2 )  
Serm. 8. de  
Assumpti

( 3 )  
Serm. 8. de  
Assumpti



( 2 )  
Genes. cap. 3.

nis Caput contereret ( 2 ) ipsa contereret caput tuum ; sicque prælium initura , ut Dæmones universi tuo tantum NOMINE audito perterriti festinantius fugarentur. Quare an sis hic magis terribilis Dæmonibus quam suavis hominibus , tametsi non tam facile dixerim , hoc tamen pro certo tenendum videtur , tot hinc fugere malos spiritus , quot huc accedunt boni homines ; sicut enim cera fluit a facie ignis , & pulvis ante faciem venti dispergitur , sic ad invocationem SANCTI NOMINIS TUI totus malignorum spirituum exercitus separatur. Quapropter

( 1 )  
sb. 8. m. 192  
( 3 )  
Cap. 4. in  
Cantica.

Guillelmus Abbas ( 3 ) apposite contestatur inquit : *Terribilis facta es Spiritibus malignis , quia te sciunt Matrem triumphatoris sui* . Terra demum marique Hic periclitantibus benignissime proestas usque adeo propitia , ut etiam post hujus vitæ terminum Doctore suffragante

( 4 )  
Opusculo 8. in  
salut. Angel

Angelico ( 4 ) *per te omnes sicut per stellam Maris ad æternæ gloriæ portum diriguntur* , ut jure optimo Sancta Mater Ecclesia tibi Divinum illud Sapientis Oraculum accommodat ( 5 ) *qui me inveniet*

( 5 )  
Proverb. 2.

*inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino, hancque præcipue ob causam Sanctus Fulgentius ( 6 ) exclamavit : Facta est*

*MARIAScala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, ut per eandem homines mererentur ascendere ad Cœlos.*

( 6 )  
Serm. de la-  
ud. Virg.  
sp. 10. 1122

Ad hunc itaque fontem signatum sigillo totius Trinitatis, & puteum aquarum viventium tuarum sitibunda properat opusculi hujus anima, quæ se innumerabilibus aliunde beneficiis tibi adstricta humiliter, & continue profitetur, tuisque jacens provoluta genibus per ipsum sincerissimæ mentis tuæ affectum devotis supplicationibus te sibi mediatricem constitutam interpellat apud *Solem justitiæ*, qui te *Stola gloriæ* induens, & *Coronam pulchritudinis* ponens in *Capite tuo* præ omnibus creaturis te ab æterno dilexit, & ornavit, ut in lumine tuo videat lumen, & *Solis* ejusdem gratiam tuo mereatur obtentu; utque in emolumentum *Mariophilorum* eveniat, intellectum aperi, & intelligentiam scribentis syllabatim illustra, sicque quidquid per decursum ejus mens cogitaverit, & calamus scripserit, totum in tui

lau-

laudem , & gloriam cedat.

Quem porro in finem alloquor te

O VIRGO BENEDICTA piissimis San-

cti Bernardini Senensis verbis ( 7 ) &

invoco , ut : *Voluntaria oris mei bene-*

*placita faciat sibi Dei Genitrix , Domina*

*mundi , Regina Cœli . Ipsa sensum acuat ,*

*stylum , & linguam pauperis venusti ri res-*

*pergat eloquio , ut de magnificentiis ejus ,*

*ac dulcissimi Filii aliquid tametsi balbuti-*

*endo depromam . Sit denique pietatis tuæ*

*ipsam quam apud Deum gratiam inve-*

*nisti notam facere de SOLIO HOC*

*GRATIARUM cunctis HIC dulcissi-*

*imum NOMEN TUUM invocantibus*

*cum laude seculis , ut tandem munera*

*gratiæ suæ largiatur JESUS CHRI-*

*STUS Filius Tuus Dominus Noster ,*

*qui est super omnia Deus benedictus in*

*sæcula . Amen .*

*Sacratissimæ Majestatis Tuæ inter*

*Minores minimus .*

*Infimus , et indignus Orator*

*Fr. Gasparus Pasconi .*

*Fr. Gasparus Pasconi .*

*Fr. Gasparus Pasconi .*

*Fr. Gasparus Pasconi .*

*Fr. Gasparus Pasconi .*

# INCLYTIS STATIBUS COMITATUS GORITIENSIS

FAUSTITATEM.



Obis INCLYTI STATUS.

Historicum hoc Epitome Ecclesiae, & Conventus Montis Sancti Divae Virginis Gratiarum modis omnibus debebatur, cujus dum jam dudum innumera propemodum magnalia, quæ ipsa interveniente hoc in Vertice operari dignatus est Dominus, mente volerem, & in quem tandem, ut ter fausto omine in publicum prodiret, devolverem, unici Vos Patriæ Patres occurristis: Nec alibi magnificentius, in quo placide, ac perpetim conquiesceret domicilium, vel in quo delitesceret, & obloquentium a morsibus, cavillationibusque præservaretur, asylum tutius reperi, nisi in Vestra Aurea, eaque Nobilissima Basi, ubi vis Terrarum Bellonæ, & Palladis Insigni togata; enim-

vero

vero tot Gentilitiorum Stematum mun-  
 nitur præsidis, tot Avitarum Familia-  
 rum vallatur umbonibus, ac tot invi-  
 ctissimorum Heroum ægide illustratur,  
 ut jure merito hæ Marianæ epheme-  
 rides faventissimis Clarissimorum Ve-  
 strorum Nominum auspiciis fuerint con-  
 decorandæ. Et quemnam alium illis  
 honorem præfigere potueram? aut qua  
 eas venerabiliori dignitate insignire?  
 non alia sane, quam Nativa, quam  
 Patria; & non jam a peregrinis excel-  
 lentia longe inferioribus; sed a Dome-  
 sticis Inclyti hujus Comitatus ornamen-  
 tis petita; quandoquidem neminem la-  
 tet, minus quispiam inficiari potest,  
 superfluum extraneos nundinari splen-  
 dores fore, si maximi, si mirifici af-  
 fatim in Patria suppetunt, qui præ-  
 alienis, & ascititiis Decus afferunt; au-  
 gent, fovent, tuentur.

Cum itaque immortale Goritien-  
 sis Nobilitatis jubar offusam quamlibet  
 Aristarchorum caliginem in purum va-  
 leat diluere lumen, hoc solummodo stu-  
 dioso operi meo adjungendum necesse  
 duxi, ut Vestræ præferret gloriæ cla-

ritatem; optime gnarus, conspicuum in-  
 de usquequaque futurum: Nec mens  
 dubio mea pendet animo consequendi  
 que conceperam; enim vero si nulla  
 fere est e sublimi Vestro Patriciorum  
 Ordine Profapia, quæ omni virtutum  
 genere, & Heroicorum gestorum cy-  
 clade non resplendeat; nam quælibet  
 plures, quam Trojana Moles Duces &  
 Bellatores effudit, Mavortii curis pro  
 Deo *Cesare*, & Patria in lucem edidit  
 Clarissimos, quælibet plures, quam sta-  
 gyræi Athenæum Sago & Toga specta-  
 biles aluit, in litterarum, omnium-  
 que liberalium artium cognitione produ-  
 xit versatissimos; sive laurigeram Mar-  
 tis dexteram, sive palmiferam stringam  
*Minervæ sinistram*, ero utraque securus.  
 Utraque securus utique; quia & Vos  
 utraque adeo excellitis, ut sive ad Mu-  
 sarum Choros VOS amor addicat, sive  
 bellicæ cupido laudis ad Martis prælia  
 provocet, nulla mediocritate contenti,  
 ad maxima quæque invicto ausu digni-  
 tatum fastigia palmis, & trophæis un-  
 dique ambitu contenditis. Ad hæc VOS  
 præclara indoles, animorumque Fortitu-  
 do

do evexit, ut & in arduis a primis Europæ Monarchis adsciti Arbitri Legationibus, & in militaribus instruendis aciebus Generalem Regiminis Clavum consecuti, Universo evaseritis Orbi Scipione ipso celebriores.

Hæc sunt, quæ antiquissimis quoque Familiis Vestris ornatum conferunt; & pullulatos a Vobis virtutum radios in eos, a quibus ortum duxere, reflectunt. Testantur insignis illa in superos pietas, ardens in Deiparam zelus, in proximum Christiano Nomine virtutes dignissime, quibus collustrati in gens incrementum, & complementum adidistis, ac vera, germanaque decorastis Nobilitate, ut cum iis, quæ ex gentilitio sanguine Vestro refulgent, vix comparari posse videantur. Illa enim omnia aliena potius, quam Vestra respective dicuntur. Verissime siquidem sagax ille pronuntiavit Ulysses apud Ovidium (1)

( 1 )  
Metam. lib.  
13.

*Nam genus, et Proavos, et quæ non  
Fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco.*

Hinc apte cecinit Poeta Seneca

*Aliena laudat, qui genus laudat suum.*

Hæc

Hæc, si Momus aliquis somnia esse dicere non erubesceret, aut Lethe suo absorbere gurgite attentaret; sat superque, quæ hoc sæculum Nostrum audivit, & vidit, demonstrant. Demonstrant inflammata illa, promptissimaque Voluntas Vestra, & tenerrimæ in Clementissimam Virginem devotionis spiritus, quo totis viribus, dum Coronationis ejus Solemnia sexto jam ad occasum properante lustro, Vaticano ritu celebrata agerentur, operam impendistis, ut in Patriæ Meditullio Goritiæ Civitate aureis Majestoso in folio cum Divino Pusione coronis, innumeris diversarum Nationum undequaque confluentium populis spectantibus, redimitam videre merueritis, & adorare: quo facto VOS gloriæ Dei, ejusque Matris amplificandi honoris studiosissimos esse Urbi, & Orbi prodidistis, indubie aliquando hujus meritis a bonorum omnium Largitore coronandi in Cœlis; dignum quippe videtur, ut qui devotis obsequiorum affectibus, & obsequentissimis laudum Canticis, ceu ver-



( XVIII )

nantibus rosarum fertis Virginem coronant, ab hac quoque & in presenti gratiarum donis ditati, & in altera immarcescibili æviternæ felicitatis Diadema insigniti in perpetuas fulgeant æternitates.

Qui enim fieri potest, ut Gloriosissima Virgo, cujus manus sunt tornatiles, aureæ, & hiacynthis refertæ se a suis ( 2 ) Venerabili Richardo a Sancto Laurentio attestante, Clientibus, benevolentia, beneficentiaque triumphari sinat, si ut Sanctus Damascenus effatur, a nullo vinci potest illustrium? Habet habet illa manus non auro solum, & hiacynthis, innumerisque gratiarum gemmis, & opibus plenas; verum & tornatiles, celeres, expeditas, atque Cœlestia ad munera iis maxime communicanda promptissimas, qui sui honoris, gloriæque dilatandæ zelo exardescunt. Quos inter VOS tales esse novo magnanimitatis argumento comprobatis, dum Opus Hoc Marianis conflatum laudibus generoso Vestro ære, publicam ut lucem videat, prælo ad-

Lib. 2. de  
Laud. Virg.

dixistis non alio sane titulo, quam ut Magnæ Gratiarum Matris potentia, quæ in eo elucubrata clarescunt, cunctis ardentissimum ejusdem propagandi cultus desiderium, Vobis vero sempiternæ felicitatis bravium queant afferre.

Pergite igitur gressu celeri Patriæ Patres ornatissimi, fortique, quo cœpistis animo in his vestris tam ardentibus colendæ Virginis, ejusdemque propagandæ gloriæ desiderii; sic enim fiet, ut Hęc veluti Mater pulchrę dilectionis a Vobis debito cultu & veneratione honorificata, suarum vicissim pulchritudine gratiarum VOS pro ingenita sibi liberalitate soletur; Nam si ut aiebat Sophocles *In solis Jovis Hortis reperitur beata Felicitas*, non alibi beatior, quam in Indlyto Goritiæ Comitatu reperitur felicitas, qui Virginem Beatissimam, quę Sponsi Divini Hortus est, specialiter apud Deum potentissimam sibi Advocatam elegit.

Hoc sicut hætenus propria vos didicisse experientia crediderim, ita animus auguror, ominorque, ut posthac

preprimis superis, Augustissime deinde  
 Cæsaree, Regiæque Majestati, ac de-  
 mum Patriæ Vestræ prout Nobilissimum  
 Vestrum fert symbolum fidelitatis, lon-  
 gas numerando Olympiades sospites vi-  
 vatis, Vestraque vita tot virtutibus  
 cumulata majus in dies capiat incremen-  
 tum: Quam Vobis Divina Bonitas, ut  
 vegetam, prosperamve concedat, votis  
 intimis iterum, iterumque advoveo; *simulque Divinæ Bonitatis Parentem*  
 optimam, maximamque obsecro, ut  
 eandem vitam Vobis fortunatam vera  
 illa, prosperaque fortuna, quæ ipsa Vir-  
 go est, communicet.

Quod si olim Imperatores Romani fa-  
 bulosam Fortunam aureis expressam simu-  
 lacris in *Cubiculis* habebant, VOS non  
 vanas secuti fabulas, sed sanam affecuti  
 doctrinam MARIAM intimis cordis  
 Vestri penentralibus Lysippeo coelatam  
 scalpro habere, atque præ oculis mentis  
 tanquam lucidissimum Divinitatis, &  
 perfectionum omnium speculum, ver-  
 santem conservare contendite.

Tandem quia animorum Vestrorum

Dotes egregie sunt, & excelsa Indoles  
ad preclara queque audenda expedita,  
ut pari generositatis alacritate huncqua-  
lemcumque ingenii mei partum, & mu-  
nicipale Devotionis tributum suscipere  
velitis, illiusque imbecillitatem prote-  
ctionis Vestre alis, ac adamantino A-  
jasis clypeo fovere, & tueri non inter-  
mittatis, ennixe obtestor.

**Inclitorum Statuum**

*Humilimus, & Obsequiosiss. Servus.*

**Fr. Casparus Falconi qui supra.**

# P R Æ F A T I O

## A D L E C T O R E M.

**P**Arva quidem in se molis, at si materiam quam tractat, vimque objectivæ Majestatis in quam fertur spectes Amic-  
LECTOR, non leve sane hic habes mag-  
naliaum divinatorum commentariolum. Partes  
equidem Sanctissimæ Virginis Gratiarum Ec-  
clesiæ, & Conventus Montis Sancti in eo  
aguntur, a cujus immenso virtutum gloriæ,  
& honoris pelago admirabilem plane quam  
continet, sibi vindicat celsitudinis, & por-  
tentorum excellentiam, ob quam etsi eadem  
DEI Sacra Parens attestante Damasceno

( a )  
Orat. 2. de  
Assumptio.

( a ) omnium encomiorum legem exce-  
dit; adeo ut terrore pulsus Doctor ipse

( b )

mellifluus dixerit ( b ) Non est equidem,  
quod me magis delectet, sed nec est,  
quod terreat magis, quam de gloria  
Virginis MARIÆ habere sermonem,  
neque tamen propterea conticescendum putavi,  
fiduciali ejusdem Damasceni animatus eloquio

( c )  
Orat. 1. de  
Assumpt.

( c ) Quid ergo? ( inquentis ) an quia  
eam pro dignitate laudare minime pos-  
sum, idcirco metu reprehensi contice-

scemus? minime, & optime certe ad intentum præsertim, ac solatium imperitiæ meæ, quam palam profiteor, quin potius temperata metus cupiditate ( suadet ille ) cum sacra reverentia, & tremente manu, ut viles has ingenii mei primitias **REGINÆ MATRI** de universa natura benemeritæ velut debitum quoddam votivum persolverem. Tu igitur conatum hunc meum boni consule, hasque ephemerides *Thaumaturgæ Virginis*, quas ab ejus liberalitate unice accepi, æquo suscipito animo, totoque cordis affectu ita revolvito, ut inde ad ampliorem ejus accendaris amorem, atque hunc præcise in finem publicæ luci donatas esse, ut persuasum habeas, enixe peto. *Calentibus* interim exopto votis, ut per intercessionem hujus **CORONATÆ** totius universi **REGINÆ** aternæ vitæ felicitati, & gloriosæ beatitudini quam ipsa possidet, omnes cultores ejus, devotique *Historici* hujus *Operis* Lectores coaptari mereantur, & percipere valeant (d) immarcescibilem gloriæ **Coronam**.

(d)  
i. Petri c. 5.

**FAVE, & VALE**

*Approbatio Theologorum Ordinis.*

**O**pus, cui titulus, *Historia Ecclesie*,  
 & *Conventus Montis Sancti* &c.  
 compositum ab Admodum Reverendo  
 Patre Caspero Pasconi Lectore Emeri-  
 to, quondam Provinciæ Ministro, ac  
 Custode actuali. Ex commissione Ad-  
 modum Reverendi Patris Sigismundi  
 Skerpin Lectoris Emeriti, *Diffinitoris*  
*Generalis*, ac iterato Ministri Provin-  
 cialis attente legi; & quia illud non so-  
 lum Orthodoxæ fidei, ac bonis moribus  
 per omnia conforme reperi, sed etiam  
 ad concipiendam ad Magnam Dei Ma-  
 trem in cordibus fidelium devotionem,  
 multum idoneum inveni, hinc, ut typis  
 mandari possit, dignum censeo. Dabam  
 in Conventu Neostadiensi Divi Leo-  
 nardi 5. Decembris 1745.

Fr. Godefridus Pfeiffer S.S. *Theologia*  
*Lector Generalis*, ac *Conventus*  
*Neostadiensis Guardianus.*

**R** Evidi ex mandato Admodum Re-  
 verendi Patris Sigismundi Sker-  
 pim Lectoris Emeriti , Diffinitoris Ge-  
 neralis , & iterato Ministri Provincia-  
 lis Opus , Historia Ecclesiæ , & Conven-  
 tus Montis Sancti &c. intitulum ,  
 quod , cum totum Orthodoxum , ac  
 magnalia Beatissimæ Virginis Mariæ in  
 hoc sacro Monte referata pie elucidans  
 compererim , publica luce dignum cen-  
 seo. Dabam in Conventu Neostadien-  
 si ad Sanctum Leonardum Die 5. De-  
 cembris 1745.

*Frater Benno Waltreich Lector Generalis,  
 & Provinciae Pater. Manu propria.*



*Licentia Admodum Reverendi Patris Mi-  
nistri Provincialis.*

**F**R. Sigismundus Skerpin, Ordinis  
Minorum Sancti Patris Francisci  
Strictioris Observantiæ Concionator, Le-  
ctor Emeritus, Diffinitor Generalis, ac  
Provinciæ Sanctæ Crucis Croatiae Car-  
nioliæ iterato Minister Provincialis, &  
Servus. Admodum Reverendo in Chri-  
sto Patri Casparo Pasconi ejusdem Ord-  
nis Concionatori, Lectori Emerito Pro-  
vinciæ Patri, & Custodi actuali salu-  
tem. Cum Vestra Paternitas Admodum  
Reverenda desideret Opus ( cui titulus  
Historia Ecclesiæ, & Conventus Mon-  
tis Sancti ) pro augendo cultu Beatif-  
simæ Matris Gratiarum Mariæ publicis  
typis mandare; hinc eidem præsentium  
virtute litterarum facultatem concedo,  
præfatum Opus a duobus Theologis ri-  
te revisum, & approbatum juris pu-  
blici faciendi. Actum Labaci die 28.  
Decembris 1745

*Frater Sigismundus SKerpin  
Minister Provincialis.*

*Facultas Reverendiss. Patris Ministri General.*

**F**R. Raphael a Lugagnano Lector E-  
meritus, Catholicæ Majestatis in Re-  
gali Congressu Matritensi pro Immacu-  
lata Conceptione Theologus, ac totius  
Ordinis Fratrum Minorum S. Patris  
Nostri Francisci Minister Generalis,  
Commissarius, Visitator Apostolicus, &  
in Domino Servus.

Dilecto Nobis in Christo Reverendo  
Patri Casparo Pasconi, Lectori Emerito,  
Ex-Provinciali, ac actuali Custodi nostræ  
Reformatæ Provinciæ Carniolæ, salu-  
tem, & Seraphicam benedictionem.

Cum juxta Apostolicas Nostrique Or-  
dinis Constitutiones revisum, & appro-  
batum fuerit opus a Te compositum cu-  
jus titulus est *Historia Ecclesiæ, & Con-  
ventus Montis Sancti &c.* tenore præsen-  
tium ad salutaris Obedientiæ meritum fa-  
cultatem Tibi impertimur, quatenus ser-  
vatis servandis, illud Typis mandare pos-  
sis, & valeas. Vale Romæ ex Aracœli  
die 8. Januarii 1746.

Fr. Raphael a Lugagnano Minister Generalis.

*De mandato Reverendissimi in Christo Patris*

Fr. Sylvius ab Arce Priore Secretarius

Generalis Ordinis.

# SCRIPTORIS HISTORICI

## PROTESTATIO.

**O**Mnia , & singula , quæ in præ-  
senti historico opusculo continen-  
tur , & fide , humanaque dumtaxat  
auctoritate in eo referuntur , intelli-  
go , nec aliter intelligi volo ; nisi con-  
formiter ad Decretum Urbani VIII.  
MDCXXXI. emanatum , atque iterum  
confirmatum V. Julii MDCXXXIV.  
Hac igitur publica cum protestatione ,  
& plena cum resignatione Scriptor ejus-  
dem correctioni , & judicio Sanctæ Ro-  
manæ Catholicæ Ecclesiæ , totum stu-  
dium suum , & operam subiicit.

# NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A** Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed approvazione del P. *Fra Paolo Tommaso Manuelli Inquisitore del Santo officio di Venezia* nel Libro intolato *Historia Ecclesie, & Conventus Montis Sancti Divę Virginis Grtiarum Comitatus Goritiensis* non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Secretario Nostro; niente contro Prencipi; e buoni costumi, concedemo Licenza a *Domenico Occhi Stampator di Venezia*, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in Materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 20. Giugno 1746.

( Alvise Mocenico 2. K. Ref.

( Zuane Querini Proc. Ref.

Registrato in libro a Carte 29. al N. 220.

*Michiel Angelo Marino Segr.*

Registrato al Magistrato Eccellentiss. contro la Bestemia.

*Francesco Godoldini Segretario.*

I N.

# I N D E X

Capitum , & Rerum , quæ in hoc  
Historico-Mariano Opere  
comprehenduntur .

## CAPUT PRIMUM.

*De miraculosa loci , & appellationis origi-  
ne, atque edificio Ecclesię Montis San-  
cti .* Pagina 1

## CAPUT SECUNDUM.

*De ejusdem Ecclesię Divę Virginis Gratiarum  
singulari excellentia primævo cultu , &  
consecratione .* 7

## CAPUT TERTIUM.

*De primordio Conventus Montis Sancti, pri-  
vilegiis ejusdem, & indultis localibus gra-  
tiose concessis ab Augustissima Domo Au-  
striaca .* 13

## CAPUT QUARTUM.

*De regulari Hospitio Salcanensi .* 21

CAPUT QUINTUM.

*Plura alia recensentur, quę Sanctitatem loci, & Almam Basilicam Montis Sancti exornant, & maximopere commendant.* 23

CAPUT SEXTUM.

*Altaria ejusdem Sacrosanctę Basilicę referuntur.* 29

CAPUT SEPTIMUM.

*De gratiis, et portentis, quę operari dignatus est Deus intercedente Thaumaturga Virgine Montis Sancti.* 33

CAPUT OCTAVUM.

*Alia rursus ejusdem dispensatricis cęlestium Thesaurorum, et Marianę glorię miracula proponuntur.* 56

CAPUT NONUM.

*Explicantur quędam pręliminaria, quę ad Coronationis Solemnia Beatę Virginis Montis Sancti juxta formam Vaticani Ritus præmissa fuere.* 92

CAPUT DECIMUM.

*Exhibet circulares invitatorias ad stabilitum  
Diem MARIANÆ Coronationis.* 99

CAPUT UNDECIMUM.

*Transfertur processionaliter Simulacrum Cœ-  
leste miraculose Virginis ab Æde Montis  
Sancti ad Urbem Goritiensem, ubi in fo-  
ro Traunich nuncupato, spectante populi  
universitate solemniter coronata fuit.* 104

CAPUT DUODECIMUM.

*Recenset legalia concessionis, delegationis, &  
Coronationis Instrumenta.* 112

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

*Describitur series totius apparatus Ecclesie  
Montis Sancti premissi ad solemnem Sau-  
ctæ Dei Genitricis Coronationem.* 121

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

*Exponuntur Elogia, quæ affixa cernebantur  
occasione hujusmodi solemnitatis.* 127

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

*Symbolicus etiam apparatus Sanctuarii, &  
Ecclesie proponitur.* 143


EPILOGUS

*Totius Operis ad Divam Virginem Gratiarum  
Matrem Montis Sancti.* 158



HISTORIA  
ECCLESIAE, ET CONVENTUS  
MONTIS SANCTI  
DIVÆ VIRGINIS GRATIARUM  
CAPUT PRIMUM.

De miraculosa loci , & appellationis ori-  
gine , atque edificio Ecclesie  
Montis Sancti .

I.  Rinceps ille Regum Terræ ( 1 ) teste  
Regio Propheta : *Qui facit mirabilia  
magna solus* : ( 2 ) dum mundi hujus  
fabricam admirabili ordine , & disposi-  
tione , prout ex elegantissima structura  
ejus aperte colligitur , condere designa-  
set , sicut , ut testimonium perhibet sa-  
cer. textus , ( 3 ) *Omnia in mensura , numero , & ponde-  
re disposuit* , ita locum quoque hunc , & Montem infini-  
to virtutis , ac sapientie sue pondere facere , & fundare  
decrevit , eundemque a duobus jam seculis , & amplius  
velut Montem Ephraim , qui M A R I A interpretatur , &  
*Gratiarum abyssus* ( sic enim eam vocat Sanctus Joannes  
Tamaſcenus , singulari quadam providentia ab æterno præ-

( 1 )  
Apocal. cap.  
i. ver. 6.  
( 2 )  
Psal. 135.  
( 3 )  
Sapient. 11.



(4)  
Isaiæ cap. 2.  
ver. 2.

paravit, de cujus præcellentissima dignitate vaticinium illud Isaiæ prophetæ intelligi potest (4) *Erit in novissimis diebus præparatus Mons Domus Domini in Vertice Montium, & elevabitur super Colles, & fluent ad eum omnes gentes.*

(5)  
Lib. 4. de Orthodoxa fide  
cap. 15.

II. Etenim quod nonnisi arcano solius DEI miserentis consilio factum omnino sit, ut eadem Virgo, & Mater Sanctissima, Regina Mundi, & Domina omnium Creaturarum Divo Joanne Damasceno attestante (5) *Nam revera Domina facta est omnium Creaturarum, cum Conditoris omnium effecta est Mater* in vertice pariter ejusdem Montis sibi Domum, & sedem Gratiarum eligere voluerit vivæ vocis Oraculo ipsius Ursulæ Ferligoinizæ Marianæ Oratricis (cui apparere dignata fuit) abunde hoc comprobatur.

III. Ut autem hujusmodi ter faustæ apparitionis notitia habeatur, cunctisque innotescat, hanc familiari stylo præsentis operis Compiler hic prout in Archivio Conventus registratam reperit ad futuram rei memoriam subjungit.

Concordant  
A. R. Pater Franciscus Glavinich Lib. de Origine Provinciæ Bosnæ Croatiae parag. de Conventu Montis Sancti in narratione sua historica impressa Utini Anno 1648.

Joannes item Jacobus ex Ischia Archiepiscopus Ducalis Ecclesiæ Palmentis Lib. 3. Historiæ principalis Comitatus Gori-

Dum igitur Anno reparatæ salutis 1539. Sedente in Patri Cathedra Paulo Tertio, Imperatore, & Rege Romanorum Carolo Quinto, Régimen vero Capitaneatus Goritiensis Comitatus tenente Gabriele Comite ab Ortemburg ex Ducatu Carinthiæ assumpto Die quodam Sabbatino eodem Ursula Ferligoiniza ex vicino Oppido Gargarensitrahens originem in coronide Montis Aquarii olim nuncupati (vulgo Skatuniza) supra Salcanum gregem pasceret, & orationibus ferventius solito intenta esset, apparuit ei Beata Virgo MARIA, sibi que locum inibi dispensandarum pro Materna erga Clientes suos pietate gratiarum elegerit testata esset, mandatum mox ab ea obtinuit nuntian di Populo, ut Sacrum in eodem loco Domicilium Sanctissimo Nomini suo dicandum erigeret, & gratias peteret, sequentibus plenariæ profecto munificentiæ verbis: **DIC POPULO, UT ÆDIFICET MIHI HIC DOMUM, & PETAT GRATIAS.**

IV. Relatione autem ab ea hujusmodi Marianæ representationis, & oraculi, simplici, & recto quo prædita erat corde, & pietate Goritiensibus, ceterisque adjacentibus locis facta, reque tam gravi, & insolita ab iisdem ma-  
tura

tura deliberatione perpensa, quousque plenius ab alto morentis typis verentur ad id præstandum, Ursulam interim carceribus pariter ibidem mancipari curarunt: Deipara vero salvis, & immotis ergastuli repagulis sibi eam, & gregi eodem in Monte velut futuro Cœlestium donorum emporio mirabiliter restituit. Inventa ibidem nixa genibus, & Orationi jugiter intenta repetitur ad pœnam examini subjiçienda, quæ licet omni penitus humano esset destituta suffragio iterum, atque iterum libera evasit divina virtute, novoque hoc miraculo apparitionis veritatem confirmavit.

V. Quamobrem subito patefacto Cœlestis hujus mysterii honore, Clerus, ac Senatus ad locum visionis properant, subeuntque incultum Montem Matrem Domini veneraturi, atque verbis innocentis Oratricis commoti fidem ex integro dedere, adeo quidem, ut primo Capellam quamdam, & dein populi ære sedulo collecto, sponteque collato Ædem ipsam sacram, cujus Syndicus ab inclytis Statibus Comitatus specialiter electus fuit Ulvinus Comes ab Attems Filius Friderici Vice-Capitanei Goritiensis, in longitudine passuum circiter triginta quinque, in latitudine sexdecim, & in altitudine duodecim quadrato ex lapide indefessa sollicitudine, & labore confestim in honorem ejusdem Virginis Sanctissimæ construxerint.

VI. O Felix quam certe Puella, quæ in Montis hujus apicem minavit gregem, ubi Virgo in sinu Virginis invenit Regem. Felix inquam, quæ digna interpret intermeratæ Dei Genitricis fieri meruit velut casta custos innocui gregis. Hanc ergo exilem pecorariam Mater Agni immaculati habere voluit promulgatricem prærecensitæ legis suæ annuntiandi Populo, ut ædificaret sibi Domum; siquidem Nuntia contestatarum Virginis Gratiarum altiori supernæ providentiæ ordine electa fuit, ut videlicet magnum hoc pietatis opus a minimo cœptum maxima sensim summeret incrementa. Neque Cœlestis usque adeo sibi facta sefellit promissio, quinimmò semper indies superabundant gratiæ vivo Deiparæ Oraculo manifestatæ.

VII. Alio quoque, eoque stupendo prodigio ipsissimo tempore, & occasione Clementissimus Deus illustrare, & magnificare voluit locum Sanctum hunc, ut notam faceret gentibus magnitudinem brachii sui, & Sanctissimæ Matris suæ exaltaret potentiam; dum enim Operarii pro

extruenda eadem Sacra Æde solo æquando operam impenderent, asperrimisque cautibus, & apricissimis rupibus præscindendis Efflores sudarent, impacto ligone in quadrum, & politum offenderunt lapidem flavi quodammodo coloris, in quo *salutatio ipsa Angelica* hieroglyphicis characteribus affabre insculpta, & divinitus a sæculis cœlata inventa est, quæ eodem in lapide magis circumornato ad hæc usque tempora admirabundo Peregrinorum cernitur oculo, & in Altari Divæ Annæ Matris felicissimæ Genitricis Dei ad publicam venerationem, & fidelium devotionem in medutulo templi reservatur.

VIII. Ex quo manifeste deducitur, quod supremus rerum omnium Conditor ad manifestandas glorias immortales rer-amabilis Matris suæ præordinaverit; ( ut dictum in virtute sua inclytum hunc Montem ) liquidem ipsamet in eo recondita salutaverint saxa *MARIAM*, sicque refervata jampridem fuerit in iisdem Sanctissimi hujus *Nominis* dignitas, ut postremo magnitudo claresceret dignitatis; idcirco in suum etiam eligere statuit. Cujus porro sanctitatem sequentibus Mariophilus Vates perstrinxit verbis, quibus Marianos Clientes ad venerationem ipsius suavi modulamine invitat, & provocat occinens.

*Quam Mons hic Sanctus? suffossam consule petram,  
Angelicum releges, quod tibi monstrat AVE.*

*Mons est iste meus, in quo me saxa salutant,  
Littera sculpta manet, Advena facta canet.*

IX. Eja ergo Mariane Viator dum Sacrum hunc Montem conscenderis, idque oculis mentis, & corporis in insensato isthoc videbis, & legeris lapide: obstupefce arcanum! admire prodigium! cordeque & animo salutato *MARIAM*, & si votorum tuorum summam cupis attingere dic *Ave MARIA gratia plena*, quia ut ait Sanctus

(6)  
In Lucam  
Lib.2. Cap.1.

Ambrosius (6) *Et bene sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est,*

(7)  
Tom.9. Epi-  
st.10.ad Pau-  
lum.

ut gratiæ repletur Auctore, subditque Divus Hieronymus (7) *Et bene plena quia ceteris per partes præstatur, MARIÆ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ.* (8) *Quid amplius dicere possum Domina? immensitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis Tuæ considerare incipienti, sensus deficit, lingua fatiscit, & ita*

(8)  
Sanctus An-  
selmus Orat.  
2. de Dor-  
mit. Virg.

Sancti

Sancti Patres ad propositum nostrum passim loquuntur de hac Sanctissima Virgine, post nempe prolatum oraculum hoc Angelicum *Ave gratia plena.*

X. Idipsum demum fortiori adhuc concludit argumento ad amplificandum Mariophilorum solatium intimus Magnæ Dei Matris Cliens Primus Claræ Vallis Abbas, & Ecclesiæ Doctor eximius (9) super ly *Dominus tecum* solito suo mellifluo scribens calamo. *Nec tantum Dominus Filius tecum, quem carne tua induis: sed & Dominus Spiritus Sanctus, de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. Pater inquam, tecum, qui Filium suum facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in Te mirabile Sacramentum, miro modo, & sibi referat genitale secretum, & Tibi servat Virginale signaculum. Spiritus Sanctus tecum, qui cum Patre, & Filio, Tuum sanctificat uterum; ergo Dominus tecum.*

(9)  
De Laudibus  
Virginis  
Homil. 3. su-  
per Missus  
est.

XI. Extructa proinde vicinarum Communitatum impendiis præmemorata Sacra Æde, hanc Parochus Salcanensis suæ jurisdictioni subjiciens Filialem effecerat, annisque, ut ex traditione habetur, circiter vjginti sub Cleri sæcularis moderamine permansit. Serenissimus tandem, ac Pientissimus foelicis recordationis CAROLUS ARCHIDUX Austriae speciali ab alto lumine illustratus, eam primò vivæ vocis oraculo jugiter excolendam in vinea Domini, & officendam tradidit Fratribus Minoribus Sancti Patris Francisci olim Provinciae Bosniae de Observantia, nunc Reformatis Sanctæ Crucis Croatiae, & Carnioliae tempore Pii V. Pontificis Maximi, & Reverendissimi Patris Aloysii a Puteo Superioris Generalis.

Joannes Jacobus ex Italia supra citatus lib. 3. ejusdem historiae.

XII. Porro ut opus tam pium, tamque salutare imperturbatum servaret ordinem, & exoptatum nancisceretur finem, idem Supremus Terræ Princeps Capitaneo Gradiscano, & Locumtenenti Comitatus Goritienensis speciali indicta commissione serio præcepit, quatenus iisdem Fratribus Minoribus possessionem, & administrationem ejusdem Ecclesiæ, & Loci indilate conferat, hancque esse gratiosam voluntatem suam Archiducali Rescripto declaravit sub data Græcii 5. Aprilis 1566., ac tandem Diplomate in perpetuum valituro cum omnibus juribus, privilegiis, & attinentiis quoquomodo ad eundem locum spectantibus accedente Sanctæ Sedis Apostolicæ consensu donavit, & inviolabilis fir-

mitatis robor adjecit, cujus munificentissimum tenorem suo loco, & ordine infra adducemus.

XIII. Interea temporis Beatissima Virgo MARIA Fidelibus suis gratiarum affluentia adeo in eodem sacro colle cœpit clarescere, crebrisque miraculorum coruscare fulgoribus, ut populi ex Foro-Julio, Japidia, Poycha, Liburnia. Dalmatia, Croatia, Styria, Carinthia, Carniolia &c. &c. devotionis gratia indies concurrentes una voce, unoque ore non jam amplius *Aquarium* ut antea, sed *Montem SANCTUM* appellandum esse omnino censuerint, quod supernum proculdubio sanctitatis prædicatum in cordibus hominum primordialiter inditum usque adeo communi circumjacentium Regionum voto sacro huic loco suffixum dignoscitur, ut quodvis aliud plane vel in desuetudinem abi- verit, aut sempiternæ sit omnino oblivioni datum.

XIV. Cujus tandem rei plane admirandæ fama, & sanctitate loci voce Populi undique indicibili júbilo vulgata permotus Eminentissimus S. R. E. Cardinalis, & Reverendissimus Dominus Dominus Marcus Grimani eo tempore celeberrimæ, & antiquissimæ Diœcesis Aquilejensis Patriarcha gratiosissimam Divæ Virginis suum in ulnis gestantis Unigenitum eleganti penicillo, vivisque coloribus in tabula adumbratam, a dextero latere Sancto Joachimo Beatissimo ejusdem Patre, a sinistris vero Divo Joanne Baptista magno Domini Præcurfore adstantibus veluti veracissimis tanti Mysterij, & folii gratiarum Assessoribus Effigiem trans- misit, quæ in Majori Ara Anno 1544. honorifice reposita summa omnium Christi fidelium devotione, & pietate colitur, & jugiter salutatur cum Sancto Joanne Chryso- stomo (10) *Ave igitur Mater, Cœlum, Puella, Virgo, Tro-* nus... *assidue pro nobis precare Jesum Filium tuum, & Dominum nostrum: ut per Te misericordiam invenire in die judicii, & quæ reposita sunt in iis, qui diligunt Deum bona consequi possimus, gratia, & benignitate Domini Nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul, & Sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium nunc & semper in secula seculorum. Amen.*

(10)

Serm. apud  
Metaphra-  
stem.

## C A P U T II.

De ejusdem Ecclesie Divæ Virginis Gratiarum singulari excellentia, primævo cultu, & consecratione.

**M**agnus Dominus noster, & magna virtus ejus ( 1 )  
 ædificavit sibi Domum idest Virginem **MARIAM**,  
 ut bene advertit S. Bernardus: ( 2 ) Sapiencia, quæ Dei  
 erat, & Deus erat de sinu Patris ad nos veniens ædifi-  
 cavit sibi Domum ipsam scilicet Matrem suam Virginem  
**MARIAM**, in qua septem columnas excidit: nempe:  
 septem Spiritus Sancti dona, ( 3 ) inquit Sapiientissi-  
 mus Idiota: per quæ firmiter semper stetit, & perseveran-  
 ter in omni virtute. Quamobrem Sanctus Propheta Da-  
 vid Deum benedictum alloquens dicere solebat ( 4 ) omnia in  
 sapientia fecisti: Et si mysticam prophetici hujus sermonis  
 intelligentiam exquirere velimus, **MARIAM** proculdubio esse  
 allegorice inveniemus, in qua cetera omnia tam visibilia,  
 quam invisibilia mundi hujus, quæ Deus per sapientiam  
 creavit, existere probat inter alios Arnoldus Carnotensis ( 5 )  
**MARIA** Creaturis constat omnibus, quidquid enim Crea-  
 tor singulis distributor justus contulit, Matri adornandæ  
 concessit, ut, quemadmodum cunctas complectitur, ita om-  
 nium, specialiter vero totius generis humani curam gereret.  
 II. Porro hæc eadem Augustissima Cœli, Terræque Do-  
 mina, & Arca animata Dei viventis, variis, ut meminit  
 Sanctus Joannes Damascenus ( 6 ) Prophetarum imagini-  
 bus, ac sermonibus per Spiritum Sanctum adumbrata certo  
 ac præfinito tempore **HIC** Sedem gratiarum statuere vo-  
 luit, & velut Stella matutina in vertice hujus Montis ori-  
 ri, ut Populo universo sicut promiserat **HIC** petenti gra-  
 tias succurreret suis interpellationibus, & intercessionibus,  
 daretque ei salutem, & ab æterno liberaret supplicio, quod  
 Sanctus Germanus ( 7 ) communi quidem sed valde adapta-  
 to declarat argumento: *Quis ( ait ) post tuum Filium ita  
 curam gerit generis humani sicut TU? quis ita nos defendit  
 in nostris afflictionibus? quis in supplicationibus a deo pugnat*

( 1 )  
Psalm. 146.( 2 )  
Serm. 9. de.  
B. V.( 3 )  
De contem-  
pl. Deipar.  
Cap. 4.( 4 )  
Psalm. 103.  
Quam ma-  
gnificata  
sunt opera  
tua, Domine.( 5 )  
Sermo de  
Laud. Virg.( 6 )  
Lib. 4. de fide  
Ortho. cap. 5.( 7 )  
Serm. de Zo-  
na Virginis.

pro peccatoribus? TU enim cum habeas Maternam apud Tuum Filium fauciam, & potentiam nos Tuis interpellationibus, & intercessionibus ipsi efficis familiares.

III. HIC inquam ( quæ particula demonstrativa utique excellentiam, & singularitatem loci appellat ) æterna Sapientia ædificavit sibi Domum, & Ecclesiam Genitricis suæ Immaculatæ, ut accedentes ad eam peccatores veniam obtineant, iusti gratiam adaugeant, & ut ipsi quoque famulantes in ea Angeli nova semper accidentalis gaudii incrementa suscipiant: Obinde Sanctus Anselmus ( 8 ) sic eam affatur. *Per te elementa renovantur, homines salvantur, & Angeli redintegrantur* videlicet per MARIAM, de cuius Sacra Æde David juxta accommodatum sensum, & intellectum Interpretum dixit ( 9 ) *sicut letantium omnium habitatio est in Te*, quia de ejus plenitudine gratiarum omnes Creaturæ participant, omnes quoque lætantur, omnes gaudent, omnes exultare dicuntur.

( 8 )  
Lib. de Orat.

( 9 )  
Psal. 86.

IV. Sicut autem hæc auspiciatissimum suum sumpsit exordium ab Oraculo Virginis, & arcano apparitionis, ita pariter ter-faustum suum progressum a fundamento spiritualis consecrationis nacta est. Quare sacram hujusmodi functionem honorificentissime exercuit, & solemniter abfolvit Anno 1544. 12. Octobris, quæ inciderat in Diem Dominicum sub invocatione Sanctissimi Nominis MARIÆ Illustrissimus, ac Reverendissimus juris utriusque Doctor Dei, & Sedis Apostolicæ Gratia Episcopus Caprulanus Ægidius Falcetta in spiritualibus, ac temporalibus suffraganeus, & Vicarius Generalis ejusdem Eminentissimi, ac Reverendissimi Marci Grimani S. R. E. Cardinalis, & Episcopi Portuensis tempore Pauli III. Divina providentia Pontificis Maximi Pontificatus sui Anno Decimo.

V. Similiter eodem Die, & Anno Aras quatuor tunc coædificatas, nempe Primum. Altare Majus in honorem beatæ Virginis ex ligno in Capella constructum. Secundum in medio Chori Sanctissimæ, & individuae Trinitatis. Tertium in latere dextero Divæ Lucie, Ursulæ, & Sociarum ejus. Quartum denique a latere lævo sub titulo Sancti Leonardi consecravit, prout in veteribus monumentis Convenus notatum reperitur, & ex instrumento authentico consecrationis ad calcem præsentis Capituli inferendo uberius innotescunt hæc omnia: Quodque de Aris in ipso limine ejusdem

ejusdem Ædis extractis intelligendum venit duntaxat .

Harum siquidem loco , loquendo præsertim de duobus Altaribus temporum etiam injuria , & vetustate ferme col- lapsis Divæ Lucæ , &c. & Sancti Leonardi justis de cau- sis , & legitima auctoritate ut supponitur alia sensim sub- stituta fuere . De quibus amplius infra cap. 6.

VI. Et quia idem Altare Majus ob sui vetustatem pro- ximam pariter minabatur ruinam , Loci , & Locatæ Ma- jestatis dignitas expostulabat , ut ad structuram novi , & quidem ad perennem stabilitatem marmorei deveniretur ; idcirco conquesta hunc in finem , & benevolò animo sub- ministrata a Benefactoribus eleemosyna duorum millium Pa- triæ Ducatorum , mox sub moderamine R. P. Bonifacii Pullini tunc Localis Superioris erectum , & postmodum aliis juxta positis statuaræ disciplinæ simulacris , & columnellis ampli- ficatum , & artificiose exornatum fuit , prout nunc demum cernitur in ipsa nova Capella Virginea collocatum .

VII. Ceterum gratiosissimæ hujus Iconis de priori ad præsentem Aram devota translatio contigit Anno Domini 1686. secunda Augusti , quæ occurrebat feria sexta , & Por- tiunculæ Die cœlestibus aliunde indulgentiarum thesauris , & singulari prærogativa , a Christo Domino decorato , atque præcipuo in honore & veneratione habito jam a sæculis a confluentibus undique Christi-fidelibus .

VIII. Neque ad augenda hujusmodi translationis solem- nia superna defuerunt Dei magnalia , quandoquidem non obstante numerosissimo hominum omnis conditionis , æta- tis , & sexus concursu non tantum communi applausu , re- ctoque ordine , & spiritali solamine celebrata fuere , sed & dum Librator ferreæ cuidam bombardæ ignem applicuif- set , hæc oneris superfluitate in varias continuo resolvitur partes , quatum una retorta pleno impulsu in Libratorem ips- um reciderat , & quidem non absque proximo interitus sui periculo , nisi ope , & Materno Virginis suffragio ma- gna omnium , qui aderant , admiratione fuisset præserva- tus , in cujus miraculosi eventus memoriam anathematis lo- co memoratæ Bombardæ partes parietibus Ædis Virgineæ votive appensæ etiamnum conspiciuntur . Quare ad propo- situm merito exclamat Sanctus Germanus loco supra cita- to : *Omnia tua admirabilia sunt O DEIPARA , omnia supra naturam , omnia ingentia , & aliorum vires superan-*



ria, propterea & Patrocinium tuum majus est, quam intelligentia comprehendendi possit.

IX. Absoluta tandem hujus solemnem translationis periodo conclusum, determinatumque fuit, quatenus præmissis omnibus requisitis hoc ipsum etiam Altare consecraretur, quibus ab Innocentio IX. Supremo Christi in terris Vicario gratiose obtentis, & ab Eminentissimo S. R. E. Cardinali Bonvisio pro tempore Sac. Cæsareæ Majestatis Augustissimi Leopoldi Primi Nuntio Apostolico approbatis, deque assensu scriptotenus exhibito Eminentissimi pariter S. R. E. Cardinalis Delphini Patriarchæ Aquilejensis ab Illustriissimo, & Reverendissimo Domino Jacobo Ferdinando Gurizzutti Episcopo Tergestino sub titulo Nativitatis Beatissimæ Virginis MARIÆ 8. Augusti 1688. Sacris fuit per linitum liquoribus.

X. Ad hæc denique usque tempora hac in Mariana Basilica Sanctissimum Virginis Nomen jugiter celebratur, & colitur a Christi-fidelibus; hi enim sive in necessitatibus, sive in periculis, atque angustiis, & rebus dubiis constituti MARIAM cogitantibus, & invocantibus in Monte isto, in quo ( ut utar verbis Regis Psaltis ( 10 ) *beneplacitum est Deo habitare in eo*, & loco hoc de quo dici potest illud Sancti Spiritus ( 11 ) *oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad Orationem ejus*, qui in loco isto oraverit ejus meritis, & intercessione ex ore Altissimi id contentantis confestim exaudiuntur. *Et ego exaudiam de Cælo, & propitius ero peccatis eorum... elegi enim, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus*, adeo ut repentino compunctionis, & dulcedinis spiritualis imbre perfusi, prout per decursum operis amplius demonstrabitur, consolati recedant.... Quas enim Clientibus suis MARIA HIC dare promisit gratias, in verbo veritatis servavit. Probatum est. Venite ergo, videte, & fidite, si pie accesseritis ad hanc privilegiatam gratiarum Matrem, de qua Sanctus Anselmus testatum reliquit ( 12 ) *Nullum gratiæ privilegium negatum est Matri*: per quam veluti Cælestis scalam ad clarissimum Divinæ visionis lumen pervenitur juxta illud ( 13 ) *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*.

( 10 )  
Psal. 67.

( 11 )  
Lib. 2. Paralip. Cap. 7.  
vers. 15.

( 12 )  
Lib. de Excels. Virgin.

( 13 )  
Sapient. cap. 6. vers. 11.

Nunc sequitur Instrumentum Consecra-  
tionis Ecclesiae Beatæ Virginis  
Mariæ Montis Sancti.

**Æ**gidius FALCETTA de Cingulo juris utriusque  
Doctor Episcopus Caprulanus, & in Patriarcha-  
tu, & Diœcesi Aquilejensi pro Reverendissimo, atque Illu-  
strissimo Domino Marco Episcopo Portuensi Sanctæ  
Romanæ Ecclesie Cardinale Grimano, & Patriarcha Aquile-  
jensi dignissimo in spiritualibus, & temporalibus suffraganeus,  
ac Vicarius Generalis. Universis, & singulis presentes in-  
specturis salutem in Domino sempiternam.

Universitati vestræ fidem facimus, & publice attestamur,  
quod Nos hodie Die Dominica, quæ est duodecima mensis  
Octobris, Spiritus Sancti gratia Nobis assistente secundum  
Ritum, modum, & formam Sanctæ Romanæ Ecclesie in  
hujusmodi hætenus observatione Ecclesiam Beatæ MA-  
RIÆ supra Montem Salcanum, & Gargarium prope  
Goritiam Aquilejensis Diœcesis consecravimus in honorem  
Dei, ac titulum Beatæ MARIÆ cum quatuor Altari-  
bus. Primum in Capella Altare Majus in honorem Sanctæ  
MARIÆ Virginis. Altare in medio Chori in honorem  
Beatæ, atque Individuæ Trinitatis. Tertium a latere dex-  
tro ad honorem sanctæ Lucie, Ursule, & ejus Sociarum.  
Quartum a latere lævo in honorem, ac titulum sancti  
Leonardi. In quibus recondidimus Reliquias sanctorum  
Martyrum Donati, Romuli, Venusti, Sylvani, Hermoginis,  
et sanctæ Affræ, & Sodalium, ac sancti Stephani Proto-  
martyris; Cupientes igitur, ut ipsa Ecclesia in suis ædi-  
ficiis, & structuris debite reparetur, conservetur, & ma-  
nuteneatur, ac Libris, Calicibus, Luminaribus, & aliis or-  
namentis Ecclesiasticis pro Divino cultu magis decenter mu-  
niatur: & a Christi fidelibus jugiter veneretur, congruis  
quoque frequentetur honoribus, & ut Christi-fideles eo liben-  
tius causa devotionis consuant ad eandem, & ad repara-  
tionem, conservationem, manutentionem hujusmodi prom-  
ptius manus porrigant adjutrices. Quo ex hoc dono Cælestis  
gratiæ uberius conspexerint se refectos; omnibus, & singulis  
utri.

utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui Ecclesiam præfatam in singulis Beatæ MARIÆ Festivitatibus, ac sanctissimæ Trinitatis, atque supranominatorum sanctorum, sanctarumque omnium, atque Apostolorum, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & ipsius Ecclesiæ Dedicationis, annuatimque a primis Vesperis, usque ad secundas Vesperas inclusive devote visitaverint, & ad præmissa manus porrexerint adjutrices pro singulis diebus festivitatum earundem quibus id fecerint de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris; In quorum fidem, & testimonium, has præsentis litteras nostras fieri, & per Cancellarium Nostrum subscribi, sigilloque prælibati Reverendissimi atque Illustris. Domini Dom. Colendissimi, & Patriarchæ Aquilejensis jussimus appensione communiri. Datum supra dictum Montem Salcanum diocesis Aquilejensis sub Anno Nativitatis Dominicæ 1544. Indictione secunda, die vero ut supra Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli Divina Providentia Papæ III. Anno X. Pontificatus.

Hieronymus Chaynarus Curia Patriarchalis  
Aquilejensis Cancellarius  
de mandato.

Supra dictam Bullam ex Originali de verbo ad verbum fideliter Antonius Lampretitshz Salcanensis publica Imperiali auctoritate Notarius eduxit, seque in fidem subscripsit. Manu propria.

CAPUT TERTIUM.

*De primordio Conventus Montis Sancti ,  
Privilegiis ejusdem, et indultis localibus  
gratiose concessis ab Augustissima  
Domo Austriaca.*

I. **R**ectus Ordo historicæ hujus narrationis expositula. re videtur, ut succincta saltem methodo de primæva quoque Conventus Montis Sancti origine, & fundi concessione sermo in præsentī capite habeatur, atque ut de loci ipsius *successiva*, ac irrevocabili donatione, Privilegiis, aliisque prærogativis ab *Augustissima* præsertim Domo Austriaca perbenigne concessis, aliqualis ad posteros devolvatur notitia, ne ejusdem præclara admodum pietatis monumenta, quæ occasione operis tam salubriter instituti, & ab eadem ter-sanctæ ordinati ad Divini honoris propagationem, Mariani cultus incrementum, & pusilli gregis *Minoritici* decorem ingrata eroderet oblivio.

II. Postquam igitur Ecclesia Montis Sancti indefessæ sollicitudini, & custodiæ Fratrum Minorum concredita fuisset a *Serenissimo* Carolo Archiduce, ut supra Capite primo meminimus, nulli quantumvis parcentes prædicti Ordinis Religiosi labori, sedulam, vigilantemque operam adeo fructuose impenderunt, ut brevi Annorum spatio dissectis undequaque rupibus Conventum commodum in quo illo tunc Fratres circiter viginti sex commorabantur, construxerint, qui solo elemosynarum collectarum subsidio in paupertate, & humilitate juxta formam Sancti Evangelii, & Regulam, quam professi sunt vicitantes, Die, noctuque Altissimo famulabantur, quique Divinis laudibus, & Orationi jugiter intenti Deum, & Sanctissimam Matrem ejus venerabantur, & ad hæc usque tempora pariformiter benedicere, & colaudare non cessant.

III. Ut vero dictæ Sanctæ Regulæ professores a procellis mundi fluctibus, & molestiis hujus sæculi elongati quietius, & securius, ut loquitur Clemens Quintus Pontifex Ma.  
ximus

( 1. )  
In Bulla E-  
xivi de Pa-  
radiso.

ximus ( 1 ) Divinis imperturbate vacarent obsequiis , & proximorum saluti . R. P. Marianus de Bosnia pro tempore Guardianus humillimas preces altedicto Terræ Principi , & Domino porrexit , & callentibus votis imploravit , quatenus suprema qua pollebat auctoritate donationem suam vivæ vocis oraculo gratiose factam , Archiducali diplomate confirmare , & contra quoscumque extraneorum insultus tueri dignaretur ; quod & clementissime annuit , prout videre est ex sequenti ejus munificentissimo Rescripto fida manu ad propositum historici hujus Opusculi scopum ex Originali germanico in latinum , & Italicum ad intelligentiam cunctorum translato .

## N O S C A R O L U S

Dei gratia Archidux Austrię , Burgundię , Styrię , Carinthię , Carniolię , & Wirtembergę &c. Comes Tyrolis , & Goritię &c.

**N**otum facimus bisce Nostris Litteris omnibus in communi , & cuilibet in particulari , quod nos gratiosissime perpendentes honestam , Religiosam , probam , Catholicam vitam , pietatem , & utilitatem , quam Franciscanus Ordo in Ecclesia Dei promovet , injurias quoque , & persecutiones quas obinde Religiosi ejusdem instituti a pluribus perpeti debent , Fratrem Marianum a Bosnia Guardianum Conventus Beatę Virginis supra Salcanum cum omnibus sui Ordinis Alumnis abivis locorum , aut gentium in Nostram , ac Nostrę Augustissimę Domus Austriacę gratiam , protectionem , & Patrocinium susceperimus , & admiserimus . Notum pariter facimus velut imperans Dominus , & Terrę Princeps , quod prædicti Ordinis Religiosi ex nunc Nostra singulari gratia , Patrocinio , protectione , & tutamine licite frui , & gaudere absque ulla perturbatione possint , & valeant . Mandamus insuper omnibus , & singulis Nostris substitutis , Jurisdicentibus , subditis , & fidelibus cujuscumque dignitatis , status aut conditionis sint , & serio volumus , quatenus prænominatum

Guar.

*Guardianum una cum sui Ordinis Religiosis sub nostra singulari securitate, custodia, & protectione ut supra dictum imperturbate, & quiete vivere sinant, gratiosam præterea hanc resolutionem Nostram fortiter manteneant, ipsos strenue defendant, & nullo modo ipsi in contrarium faciant, neque quavis ratione alios operari permittant, quam charum cuilibet est indignationem Nostram, & pœnam evitare, in hoc quippe sita est nostra gratiosa voluntas, et intentio.*

Datum in nostra Civitate Græcensi  
Die 29. Februarii 1574,

C A R O L U S

( L. S. )



## NOI CARLO

Per la DIO Grazia Arciduca d' Austria,  
 Duca di Borgogna, Stiria, Carintia  
 Wirtemberga ec. Conte di Tirolo,  
 e Gorizia ec.

**D**ichiariamo con questa Nostra a pubblica intelligenza di tutti in Comune, e ciascuno in particolare, che Noi in riguardo, e considerazione dell' onesta, Religiosa, e semplice, Cattolica vita, pietà, e singolare emolumento che l' ordine de Francescani apporta, e fa nella Chiesa di Dio, e per gl' oltraggi, e persecuzioni che perciò da molti riceve, e soporta, abbiamo accettato il Padre Mariano di Bosna Guardiano del Monte Santo della Madonna sopra Salcano con tutti quegli del suo Ordine, siano in che luogo esser si voglia sotto la Nostra, e della Nostra Casa d' Austria singular grazia, manto, e protezione, e ciò facciamo saputamente, ed in virtù di questa Nostra come Prencipe, e signore del Paese.

Così, ed in questa guisa, che il predetto Ordine da qui impoi con la nostra singular grazia, e sotto il Nostro manto, e protezione debba, possa, e vaglia piacevolmente vivere, e godere le solite immunitadi senza che veruno, sia di che stato si voglia, ardisca impedirlo, e contradirgli. E sopra ciò comandiamo a tutti, e ciascuno de Nostri sostituti Giurisdicenti, Sudditi, e Fedeli, siano di che stato, condizione, qualità e qualunque luogo, e seriamente li ricerchiamo, e vogliamo, che il predetto Guardiano, e Padri del di lui ordine appresso tal Nostra singular sicura custodia, e protezione, come di sopra abbiamo dichiarato devino pacificamente lasciarli, e con ogni rigore mantenerli: loro stessi niente fare in contrario, neppure permettere, sia fatto d' altri in qualsivoglia modo e maniera per quanto è a ciascheduno grata la Nostra grazia, e teme incorrere la Nostra pena. E questa è la graziosa volontà, e seriosa intenzione Nostra.

Data nella Città di GRAZ li 25. Febbrajo 1574.

CARLO (L.S.)

IV. Alio quoque successu temporis, eoque pientissimo beneficio invictissimus Terræ Princeps, & gloriosissimus ejusdem successor FERDINANDUS TERTIUS Archidux pariter Austriæ ditare placuit Fratres Minores ejusdem Cœnobii Montis Sancti, eos nempe ab omni exactione, pedagio, aliove quocumque demum onere exemptos declarando cum libera, & inimpedibili conformiter ad Statum Franciscanum facultate ostiatim quæstuandi, atque adeo ad supplicem instantiam A. R. P. Dominici Andreaſi Commissarii Provinciæ Bosniæ ejusdem Sacri Instituti Professoris omnibus, & singulis Exactoribus, Telonariis, Officialibus, ceterisque subditis cujuscumque conditionis seriose præcepit, ut in posterum ab inferenda etiam hac in parte iisdem omni injuriosa molestia (sicut præferebatur a nonnullis irrogata) & gravamine prorsus abſtineant, & hanc similiter esse gratiosam, & seriam voluntatem suam publicis Litteris Archiducali signo munitis declaravit sub data in Urbe Græcensi ultima Januarii 1609.

FERDINANDUS (L.S.)

V. Quoniam autem ut fatetur Nicolaus Tertius Magnus totius Orbis Antistes, (2) Ipse Deus Ordinem prædictum, & ejus Observatores inspiciens, sic eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari præsidio præservavit, quod nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in Ordine ipso degentium conslernavit; quin potius in vigore regulari concreſcant, & amplientur in suorum observantia mandatorum: Etenim ut inquit idem Pontifex in citata Bulla: Hi sunt illius Sanctæ Regulæ Professores, quæ Evangelico fundatur eloquio, vitæ Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiæ Apostolorum ejus sermonibus, actibusque firmatur.

VI. Quibus non obstantibus, ut præclare admodum præmemoratus Supremus Ecclesiæ Moderator in sermone habito ad Cardinalem Matthæum Nepotem suum, quem constituerat Ordinis Seraphici Protectorem advertit dicens: Sunt enim imbecilles, et pauperes, et multos habent, qui eos indebite inquietant, quibus per se repugnare non possunt, et ideo indigent brachio, et fortitudine Protectoris. Quapropter cupientes amplius humilis status sui imperturbabilem stabilire quietem, ad Augustissimam protectionem ejusdem

(2)  
In Bulla Exiit, qui feminat &c. Data Suriani 18. Calendas Septembris Pontificatus sui secundo Paragr. sed nec sic contra ipsos Fratres Minores, & Regulam &c.



dem Ferdinandi Tertii jam Romanorum Imperatoris electi confugerunt, iterato enixe obtestantes, ut piissimam Archiducis Caroli prædecessoris sui Donationem, fundationalia, item loci privilegia, aliasve prerogativas, & immunitates novo, eoque inviolabili Imperialis Majestatis suæ stabiliret edicto. Quare capta prius juxta consuetam formam veridica informatione in ipsomet videlicet Consilio Cæsareæ Commissionis ab eo Græcii deputatæ sub 31. Augusti 1652. visisque claris documentis in supplici adductis superiorum Annorum præcipue 1566. 1574., & 1583. non tantum eadem benignissimo placidavit assensu, verum etiam omnia, & singula in ea contenta, & annexa eodem Anno singulari sua Constitutione confirmavit, & auxit.

VII. Eadem spectabili in superos, & locum ipsum Virgini Deiparæ consecratum pietate permotus Leopoldus Primus Dei gratia electus Romanorum Imperator ratione *Conventus Sancti Francisci* (verba sunt ejus) *Montis Sancti supra salcanum*, inhibuit, ne contra localia Antecessorum suorum privilegia ullam quispiam inferre præsumeret irreverentiam, neve præterea alii cujuscumque gradus, & conditionis quavis ratione, aut quæsito colore, mercaturas, & cauponarias turpis lucri gratia exercere audeat, (& merito; quamdoquidem ut optime notat Joannes da Sylveira Olyssipponensis (3) *nil iram Divinam magis provocat, quam DEI Ecclesiam contemnere, debitamque ei venerationem violare*) sed ut ibidem morantibus, atque ad prudens arbitrium Superiorum Regularium deputatis hospitibus cura, & sollicitudo subministrandi duntaxat necessaria ad sustentationem adventantium devotorum privative ad alios quoscumque de mente ejusdem Supremi Principis commissa omnino censeatur, idque ut executioni mandetur, cautum esse constat ex mandato Imperiali signato Græcii 12. Decembris 1672.

## LEOPOLDUS. (L.S.)

VIII. CAROLUS item VI. DEI gratia Romanorum Imperator electus, ejusdemque successor Sacrosanctæ Domus Dei propugnator acerrimus, & Custos observantissimus, ut ab omni tandem ulteriori Laicali concitatione, & irreligio-

sa hominum circumvicinorum hostilitate, & scandalo populi Sanctuarium hoc, & adjacentia habitacula præservaret, & quidem juxta Sacrorum etiam Statuta Canonum ( 4 ) præcipientium ut sequitur: *Decet, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit debita cum veneratione pacificus.* In sexta Synodo Can. 79 & 1. q. 3. Cap. ex multis, & Cap. Decet de Immunitate Eccl. cliaft.

Datum Græcii 20. Novembris 1732.

CAROLUS ( L. S. )

IX. Tandem idemmet CAROLUS VI. ex abundantia piissimi cordis sui, & tenerrimæ venerationis erga Domum Dei, & Thaumaturgam hanc Gratiarum Matrem optime memor divini Oraculi per os Joannis Evangelistæ pronuntiati: ( 5 ) *Recordati sunt vero Discipuli ejus, quia scriptum est, zelus Domus tuæ comedit me,* mox dum jam tertio supplices Fratrum Minorum accepisset instantias ( 6 ) de manutenendis nimirum tam propriis, quam prædecessorum suorum Imperialibus sanctionibus ( 7 ) concernentibus exoptatam effulis omnium votis ejusdem Mariani loci pacem, mox inquam aliud denique decretum edidit ( 8 ) cum expresso mandato ad Locumtenentem Goritiensem, ut supplicantes firmiter ad normam tot Cæsarearum resolutionum foveat, & tueatur contra quoscumque sacræ quietis perturbatores.

Datum ut supra sub num. 8. in margine .

CAROLUS ( L. S. )

X. Hęc sunt Augustissimæ Domus Austriacæ Summorum Terræ Principum, & Imperatorum, quorum memoria in benedictione est, & Nomen eorum vivit in generationem, & generationem, hęc inquam sunt Lector benevole præclara admodum pietatis, & clementiæ argumenta, munificentissimæque Privilegia, & indulta, quibus condecorare, & illustrare decreverunt Locum hunc Sacramque Dei Ge-

nitricis, & Thaumaturgæ Virginis Nostræ Ædem quam de-  
cet sanctitudo in longitudinem dierum. Quanto ergo ab ir-  
refragabili potestatis, & supremæ Majestatis plenitudine, &  
arbitrio hujusmodi gratiosissima, æternaque memoria digna  
Archiducalia, & imperialia monumenta emanata dignoscun-  
tur, tanto proculdubio majori veneratione, & cultu ob-  
servari, maximoque in honore ac pretio ab omnibus ad quos  
spectat haberi debent, & illibate custodiri.

XI. Cum autem Conventus supra num. 2. specificatus  
edacitate temporis ferme victus, & aboletus proximam mi-  
naretur ruinam, A. R. Patris Romualdi Sitter Lectoris Em-  
eriti, & Ex-Ministri Provincialis solertissima industria, miro  
studio, & labore, nec non piorum Benefactorum eleemo-  
synis alius a fundamentis longe amplior fuit noviter ere-  
ctus, exornatus, & æternitati restitutus juxta celebrem for-  
mam, quam in præsentiarum commendabili omnium cal-  
culo præsert, in quo ordinarie triginta quatuor circiter Re-  
ligiosi commorantur, & indefessam animarum curam exer-  
cent. Huic adjunctum est Hospitium non longe ab Eccle-  
sia distitum pro peregrinorum commoditate satis extensum,  
& successive ampliatur, ac necessaria suppellectili debite in-  
structum.

Religiosi.



X. Hoc sunt Augusti...  
Tunc...  
deditione est...  
& generatione...  
dus admodum...  
fidelissimæ...  
& illustre...  
B e  
C A.

## CAPUT QUARTUM.

### *De Regulari Hospitio Salcanensi.*

**A**D pedem Montis Sancti in districtu principalis Comitatus Goritiensis ex parte Germanici Imperii, & sub ditionibus Augustissimę Domus Austriacę jacet a meridie Oppidum antiquissimum Salcanense, ubi Hospitium Regulare pertinens ad Ecclesiam, & Conventum prætitulati Montis Sancti defacto reperitur, in cujus olim vicinia prospiciebatur juxta situm Castellum penes limpidissimum aque fontem jam a Veteribus Romanis ad reprimendos illius ætatis barbarorum incursus ædificatum, postmodum ab Attila filio Bedebuz flagello Dei nuncupato, & Rege Hunnorum, Danorum, Medorum, ac Gothorum destructum, tunc nimirum, quando ab eodem Aquilejensis Civitas inter vetustiores famosissima quatuor Germanicis milliariis a recensito Oppido sejuncta devassata legitur. Hęcque pauca ad communem notitiam dicti Oppidi, & sat jucundę situationis ejus præmittere volui. Nunc . . . .

Pater Glavinich Lib. supr. cit. Paragr. de Hospitio Salcanensi.

Domum igitur a qua idem Hospitium primordiale traxit originem abalienavit Dominus Hieronymus Zuayer Salcanensis, & quidem prævia cum venia Jurisdicentis tunc Illustrissimi nempe Domini Comitatus Raymundi Phœbi a Turri tempore A. R. P. Bernardini Loparinich Provincię Patris, & actualis Custodis Anno 1590. 1. Aprilis, ibidemque postea constructum fuit præfatum Hospitium, & valetudinarium pro Religiosis vel maxime ægrotantibus de gratiosissimo Augustissimi Imperatoris Ferdinandi Secundi consensu.

Adjacet huic hospitio hortus peratmenus, & pomarium satis amplum undequaque muro præcinctum. Cujus porro fundum, & locum idem Illustrissimus Dominus Comes, & Liber Baro S. R. Imperii a Turri Dominus Valsasinæ &c. & Vipulzani Magne Dei Matris, & Virginis Montis Sancti devotissimus Cliens, ac Seraphicę Religionis cultor, & fautor munificentissimus sponte, libere, & ex certa animi sui scientia motus ex Dei amore, zelo, & devotione qua intime ferebatur in Venerandam Ecclesiam Beatissimę Virginis Marię Montis Sancti supra Salcanum, & Fratres Minores

jure perpetue, & irrevocabilis donationis inter vivos gratiose donavit, cessit, transfudit, & renunciavit omni quo potuit meliori modo, & ampla juris forma &c. &c. in eorundem charitativum subsidium, simplicem usum, & honestam habitationem; interveniente etiam benignissimo Sanctæ Sedis consensu, ac presentibus Admodum Reverendis Patribus Georgio Ugolino Guardiano Conventus, & Bonaventura Sbona Provinciæ Diffinitore, acceptante vero Syndico Apostolico nomine ejusdem Sanctæ Sedis Dominico Francisco Muskono in vim instrumenti conditi Anno a Nativitate Christi 1630. indictione decima tertia, Die vero Lunę 8. Mensis Julii. Hocque piissime donationis instrumentum rogatus fideliter in notam sumpsit, & publicavit, requisitus eduxit, subscripsit, & signavit.

Leonardus Franzonus Publicus Cæsarea auctoritate Notarius, & Comoni Cancellarius.

Tandem in eodem Regularis Hospitii loco summa in veneratione habetur, & colitur Ecclesia honoris Divi Antonii Patavini consecrata. Hęc ob spatii angustiam Anno Domini 1734. a fundamentis ferme exitit reædificata, & ad formam amplioreni redacta, in qua nunc viget Tertius Ordo Sancti Patris Francisci. Duo insuper Altaria præter titolare Antonianum extructa, & collocata in ea fuere, unum in honorem Sanctissimi Crucifixi, & alterum ejusdem Sancti Patris, quibus omnibus adjuncta conspicitur noviter erecta Sacristia ex una parte decenti cum suppellectili provisâ, ex altera vero Chorus cum Organo ad Divinas laudes celebrandas.

## CAPUT QUINTUM.

*Plura alia recensentur, quæ sanctitatem loci,  
et Almam Basilicam Montis Sancti  
exornant, et maximopere  
commendant.*

I. **U**T Mons hic Sanctus, & Inclita Virginis Gratia-  
rum Basilica ere, & suffragio populi prout supra  
(1) dictum edificata majus indies caperet incrementum, &  
corda fidelium novo amoris igne amplius inflammarentur er-  
ga gloriosissimam Dei Matrem, Sanctissimus in Christo Pa-  
ter PAULUS PAPA V. attenta etiam gratiarum Mariana-  
rum redundantia ad demississimas Fratrum Minorum preces,  
ac totius Populi acclamations Bullam condidit, cui titulus:  
*Cum sicut accepimus in Ecclesia Beatæ MARIÆ Virgi-  
nis Domus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci  
de Observantia prope, & locum Salcani &c. &c.* cujus  
tenore idem Summus Pontifex Almam Confraternitatem sub  
patrocinio præcelsæ ejusdem Virginis Canonice erectam,  
& institutam de Omnipotentis Dei misericordia variis, iis-  
demque plurimis indulgentiarum ditavit thesauris, quorum  
beneficio omnes amplissimæ hujus sodalitatis utriusque sexus  
alumnos Apostolica largitione participes omnino esse voluit:  
Datum Romæ apud Sanctum Marcum Die 2. Junii MDCXII.  
Pontificatus sui Anno Octavo.

II. Porro spiritualibus hisce Christi Fideles animati sti-  
pendiis, non absque sane admirabili dispositione Divinæ  
providentiæ per quam (2) ex Divo Damasceno: *omnia  
quæ sunt, convenientem gubernationem suscipiunt* factum  
dignoscitur, quod quotidie magis erga *hanc Cælorum  
Reginam, & Dominam Mundi*, sic namque eam appellat  
Sanctus Bernardus (3), concreseat illorum amor, sodalium  
& advenarum a longe confluentium numerus mirum in mo-  
dum augeatur, adeo ut nemo sit, qui se abscondat a calo-  
re ejus idest charitate, & dilectione ipsius, siquidem radiis  
suæ misericordiæ eadem Serenissima Dominatrix cunctos il-

(1)  
Cap. I. num.  
32.

(2)  
Lib. 2. de ff-  
de cap. 29.

(3)  
Serm. in il-  
lud: *signum  
magnum*,  
Apoc. 12.

luminat, & stillicidia gratiæ ardentibus cordibus clientum suorum infundit, ut bene advertit Sapientissimus Idiota. (4) *MARIA*, inquit, *longe positos illuminat radiis misericordiae suae: sibi propinquos per specialem devotionem consolationis suavitate, praesentes sibi in patria excellentia gloria, & sic non est, qui se abscondat a calore ejus &c.*

III. Verum enim vero præter hæc, & alia spiritualium gratiarum commoda, quibus a sæculis hæc ipsa Sacra Ædes condecorata remanet, aliis tamen nostris hisce temporibus ex speciali clementia CLEMENTIS XII. Supremi Orbis Catholici Antistitis extitit communita privilegiis, & quidem primo per Bullam: *Universis Christifidelibus &c.* de cujus sacro munere venit, quod qui illam quacumque tandem cujusvis Anni die devote visitaverit, piisque ad Deum preces fuderit semel tantum plenariam peccatorum suorum indulgentiam consequatur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Die 30. Junii MDCXXXIX. Pontificatus sui Anno Nono.

*Cardinalis Passioneus.*

IV. Præterea sicut Pontifex BENEDICTUS XII. ad humillimas preces Ministri Generalis totius Ordinis Sancti Francisci Laurentii Cozza a Sancto Laurentio dein in Cardinalem S. R. E. renuntiati relictis alias in suo robore perpetuis nonnullorum Altarium Privilegiis auctoritate Apostolica pro omnibus, & singulis Ecclesiis ejusdem sacri Instituti distinctum unum Altare privilegiatum perpetuum benigne indulgit, prout liquet ex tenore Decreti ex Typographia Reverendæ Camerae Apostolicæ (5) emanati, ita insignis admodum hæc perpetuitatis prærogativa in suffragium omnium fidelium Defunctorum Aræ Majori in sempiternum honorem ejusdem Sanctissimæ Virginis consecratæ auctoritate Diocesani sibi hac in parte delegata assignata fuit. Sub Die 10. Augusti MDCXXVII. Utini in Palatio Patriarchali.

*Dionysius Patriarcha Aquilejensis.*

*Joannes Dominicus Coronella Cancellarius.*

V. Similiter idem BENEDICTUS XIII. paternæ bonitatis suæ amplius pandere volens aureos militantis Ecclesie sinus

finus erga prememoratum Basilicam Apostolica largitione cunctis Christi fidelibus utriusque sexus, qui septem ejus Aras sequenti Capite recensendas duodecim vicibus pro quo libet Anno per Ordinarium deputandas devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctę Matris Ecclesię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua vice id fecerint, gratiose concessit, ut eas omnes, & singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones, pœnitentiarumque relaxationes consequantur, non secus ac si septem Altaria in Basilica Principis Apostolorum de Urbe sita, & ad id designata personam liter visitarent. Datum Romę Die 28. Junii MDCCLXXVII. Pontificatus sui Anno sexto; hocque privilegium ad hæc usque tempora perseverat confirmatum a CLEMENTE XII. Pontifice Maximo ejus successore.

*Cardinalis Passionis.*

VI. Insuper Augustum hoc Deiparę Sanctuarium coruscet duobus jam ferme sæculis Sancti Michaelis Archangeli plurimis gratiarum irradiatum splendoribus; quemadmodum enim Dux isthic Cœlestis exercitus, & Advocatus olim populi Israelis a Deo selectus dicitur, & missus, ut suppetias eidem populo sub persecutionum pondere fatiscenti ferret, atque Judaicam Ecclesiam duris flagellis oppressam relevaret, prout meminit historicus Sacer, ( 6 ) ita hoc ipsum privilegium sibi a Deo concessum patrocinio ejusdem Archangeli nunc habere gloriatur universalis Ecclesia Catholica, ( 6 )  
 que eum velut constitutum Principem præsertim super omnes animas suscipiendas, ut perducatur eas in Paradisum exultationis devote colit, & firmiter veneratur; juxta Sancti Spiritus Oraculum ab eodem Daniele Propheta ( 7 ) pronuntiatum; *In tempore autem illo consurget Michael Princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, qui inventus fuerit scriptus in Libro.* Daniel cap. 10. ( 7 )  
 Cap. 12.

VII. Quamobrem, ut assidua erga hunc invictissimum potestatis tenebrarum expugnatorem per Orbem terrarum celebraretur memoria, Serenissimus Imperii Princeps Josephus Clemens Archiepiscopus Colonienis Josephspurgi in



Aulica Capella sua sub die 8. Maii 1693. Electoralem Archiconfraternitatem sub invocatione ejusdem Canonice primo instituit, & ampla fundatione dotavit. Clemens autem Augustus Elector pariter Colonienſis ipſius Succellor Supremus Magiſter, & Cultor zeloliſſimus inclyti Ordinis Equitum Angelici hujus fodalitii exhortatoriis etiam Epistolis Monachium in Bavaria præcipue ablegatis 22. Februarii 1724. adeo eam ampliavit, & auxit, ut mirum in modum per plura Regna, & Provincias propagaverit, atque ad has uſque partes, nominatim ad hanc ipſam Marianam Ædem aucto-ritate altedicti Archiepiſcopi, & facultate ſcriptotenus exhibita ritu Canonico ſit devoluta iisdem cum privilegiis, indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus alias conceſſis ab INNOCENTIO PAPA XII. Nona Maii 1698., & a BENEDICTO XIII. Anno 1729., & in Sacello Tutelaris hujus agonizantium Patroni accedente etiam conſenſu Clementis XII. Pontificis Maximi feſtivo apparatu inſtituta fuit Pontificatus ſui Anno Sexto: Datum apud Sanctam Mariam Majorem Romæ die 24. Martij MDCCXXXVI.

VIII. Feſtum tandem principale filialis hujus Confraternitatis ex approbatione Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Domini Patriarchæ Diœceſis Aquilejenſis determinatum celebratur hic Dominica tertia poſt Pentecoſten. Singulis quoque quatuor potiſſimum Anni temporibus ſolemnia ejuſdem devotamente recoluntur a Confratribus, & Sororibus, in quorum præterea poſt obitum ſpirituale ſubſidium pro feria quinta cujuſlibet hebdomadæ Apoſtolica liberalitate, & Diœceſana declaratione extat privilegiata Ara ejuſdem Tutelaris apud Deum mediatoris, & Nuntii pro animabus juſtis.

IX. Et quia inter alia privilegia quibus a Sede Apoſtolica decoratus eſt Ordo Seraphicus amplam poteſtatem etiam obtinuit erigendi, & inſtituendi ſæcularium Confraternitates ſub Nomine Cordigerorum in Eccleſiis ejuſdem Ordinis in quibuſcumque mundi partibus, & locis conceſſam a SIXTO V. Ex Suprema &c. Tom. 2. Bullarii Romani declarando Archiconfraternitatem Sancti Franciſci Aſſiſienſis velut caput omnium Confraternitatum Cordigerorum hujusmodi ubilibet inſtitutarum ſervata forma præſcripta in Conſtitutione præcitati Pontificis ſub Dat. XIII. Kalendas Decembris Pontificatus ſui Anno primo, & CLEMEN-

TIS VIII. super hoc edita prout PAULUS pariter V. illorum Succesor requirit per Breve: *Nuper Archiconfraternitati Cordigerorum &c.*

X. Prædictorum igitur privilegiorum virtute, ut homines populatim ad devotionem, & pietatem plene excitarentur erga gloriofissimum quoque Patriarcham Minorum Franciscum Assisiatem insignem sectatorem Crucifixi JESU, & intimum Sanctæ Dei Genitricis cultorem hæc ipsa Confraternitas Canonice erecta jugiter emicat in hac Virginis *Æde*, & ad Aram ejusdem Beati Confessoris privilegiatam pro Confratribus Defunctis, adeo quidem grandi cum proventu stipendiorum Spiritualium, ut omnes Christi fideles, qui in memoriam ejusdem Sancti Francisci chordam benedictam suscipientes a Superioribus ipsius Ordinis prædictam Archiconfraternitatem ingressi sunt, aut deinceps ingredientur, plenarias illas indulgentias, privilegia, & singulares gratias sigillatim concessas, & in Brevis ejusdem Sanctissimi Domini PAULI PAPÆ V. nominatim, expresse, & præcise descriptas consequantur de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Die 15. Septembris 1607. Pontificatus sui Anno tertio.

XI. Surrigite nunc aciem Mariani Viatores, & qua potestis alta Montem hunc mente scandite, Sanctus est, hoc unum sufficiat, ut caute incedatis, & intretis Templum ejus, Deiparæ dedicatum, siquidem ( 8 ) *Hæc est Virgo in cujus utero omnis Ecclesia subarrbatur, quæque ( 9 ) prius mente effecta est Dei templum antequam Deo nascenti corporis sui præbuisset habitaculum.* Ea propter hortatur vos Origenes ( 10 ) inquit: *Accipite eam sicuti Unigeniti mansionem, sicut Domum Dei, sicut Creatoris omnium propriam, sicut Regis Cœlestisque Sponsi Domum Immaculatam.* Et, ut inquit Divus Augustinus ( 11 ) *Non enim mentitus est ille qui dixit: Templum Domini Sanctum est, quod estis vos,* igitur rursus idem Magnus Ecclesiæ Doctor optime ad propositum pro clausula præsentis capituli alloquitur

( 8 ) Ildephonus fer. 2. de Assumpt.  
( 9 ) Eusebius Emiffenus Hom. 2. de Nativit.  
( 10 ) Homil. 1. ex Variis seu in Mat.  
( 11 ) Serm. 252. de tempor.

tur omnes: *Evacuetur vitiis habitaculum cordis nostri, & virtutibus repleatur, claudatur Diabolo, & aperiatur Christo*, ut in templo gloriæ suæ meritis, & intercessione hujus Thaumaturgæ Virginis, quæ ut ait Idiota vir Sanctus ( 12 ) *Thesaurus Domini est, & Thesauraria gratiarum ipsius*, Christo in templo gloriæ suæ associari, & velut lapides vivi in illius ædificationem coaptari valeamus.

( 12 )  
De contemp.  
Virg. in Pro-  
log.



XL. Sanguis nunc actem Martini Victoris, & ceteros  
illis suis Momentis hanc partem leantur, Sanguis est, hoc  
unum habet, ut eum iudicatis, & iurem Tempum  
eius, Disque doctorem, deinde ( 8 ) Hic est Vignis  
cum ante omnia fides laudatur, quare ( 9 )  
in eum effusa est Dei templum carissimum deo maxime  
regnum in prebuit, habetatum, Ea propter honorat  
vos Omnes ( 10 ) iudicatis, Martine cum hinc Vignis  
in templum, hinc Domini Dei, hinc Creatori omnium  
gratias, hinc regi Cælestium eorum Domini Immensabile  
tam, Et ut hinc Dives Angelorum ( 11 ) Non enim Mar-  
tentis est illa pars; Templum domini sanctum est  
quod est, hinc totus, hinc Magnus Ecclesie Doctor  
omnis in prebuit pro clausis prebuit capitis illudul-  
tempo.

CAPUT SEXTUM.

*Altaria ejusdem Sacrosanctæ Basilicæ referuntur.*

I. **C**atalogum Altarium decem, quæ in hac Æde Deiparæ hinc, & illinc concinne distributa conspiciuntur, quæque ex lapide marmoreo sensim artificioso latomorum studio elaborata fuere sinoptice explicandum aggreddimur, ut ex hoc etiam Capite illucescat uberius sacer ejusdem ornatus, & Sanctorum cultus, quorum meritis, & splendoribus resulget: suntque sequentia.

I.

II. Est Altare majus **DIVÆ VIRGINIS GRATIARUM**, de cujus gratiosa structura, consecratione, & privilegiis videri possunt, quæ de eo recensuimus supra cap. 2. num. 4. sequent., & alibi. Sacratissima porro ejusdem effigies jam a sæculis miraculis claret, & hanc quoque ob causam Urbis, & Orbis consensu secunda extra Italiam Pontificali, & Vaticano ritu aureis est redimita coronis Die sexta Junii 1717. de cujus octiduana coronatæ Matris Dei solemnitate specialem infra tractatum dabimus.

II.

III. Principis Gloriosissimi Sancti Michaelis Archangeli in particulari Sacello a cornu Evangelii Aræ majoris constructo collocatum, & consecratum nona Augusti 1688. ab Illustrissimo, & Reverendissimo Jacobo Ferdinando Gurizuti Antistite Tergestino.

III.

IV. Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis eodem pariter Anno, Mense, Die, & Antistite consecratum.

IV.

V. Venerandæ Confraternitatis sub invocatione Beatissimæ **MARIÆ VIRGINIS** institutæ, de qua Capite præcedenti num. I. egimus.

V.

VI. Sanctæ Annæ Immaculatæ Dei Genitricis Matris in Templi ipsius meditullio locatum, Hæc Ara nona Junii 1717. fuit

fuit Sacris delibuta liquoribus ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Georgio Xaverio de Marotti Episcopo Petinensi, & Præposito Rudolphsberthensi inferioris Carniolæ, in cujus Sacræ functionis exercitio inclusæ fuerunt reliquæ S. S. Pacifici, & Fructuosæ, & a cujus tergo in petra enucleate instructa summa cum veneratione asservatur Angelica salutatio admirando naturæ sculpta prodigio, ut supra meminimus. Cap. I. num. 8. Anno vero 1735. generoso æris suffragio Excellentissimi, & Illustrissimi Domini Domini S. R. I. Comitis Venceslai a Purgstall' Locumtenentis, & Capitanei Comitatus Goritiensis nuperrime restaurata, & amplificata, demum Anno 1749. alio adhuc ampliori ornatu luculenter exulta ad gloriam, & honorem tam fortunatissimæ, & potentissimæ apud Sanctissimum Nepotem suum Christi fidelium Advocatæ.

## VI.

A VIIA Sancti Joseph Sponsi ter amabilis Beatæ Mariæ Virginis, & Patris Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi eodem Anno, Mense, Die, & Episcopo Petinensi consecratum.

## VII.

VIII. Sancti Patris Francisci Assiliatis Magni Trium Ordinum Fundatoris, & Patriarchæ ab eodem item Episcopo Petinensi consecratum Anno, Mense, & Die ut supra.

IX. Et hæc sunt Altaria septem suprema auctoritate Apostolica aggregata, videlicet Aris septem in Basilica Principis Apostolorum de Urbe sitis tam quoad formam visitationis, quam consecutionem ipsam earundem omnino indulgentiarum, ut antecedenti capite num. 5. declarare spondimus, & quidem pro secunda Dominica cujuslibet Mensis ex determinatione Sedis Patriarchalis Diœcesis Aquilejensis.

## VIII.

X. Divi Antonii Patavini Urbis, & Orbis Thaumaturgi, quod idem Antistes Petinensis consecravit, & in eo Sacra Sanctorum Martyrum Modesti, & Candidæ pignora reverenter recondidit, ac de more solitis indulgentiis decoravit.

## IX.

XI. Sancti Petri de Alcantara Confessoris admirabilis poenitentię Portenti ab eodem denique Episcopo Petinensi Sacris Liquoribus perlinitum.

XII. Sancti Joannis Nepomuceni, in cujus invicti Martyris, & primi Sacramentalis sigilli assertoris, & famæ periclitantium Advocati honorem novissime ædificatum fuit Anno nimirum 1737., Consecratum vero Die 26. Julii 1742. ab Illustriss. & Reverendis. Domino Bonifacio Cecotti Petinenfi Episcopo assumpto ex Ordine Minorum Sancti Francisci Reformatæ Provinciæ Sanctæ Crucis Croatiæ, & Carniolie ex facultate sibi delegata a Patriarcha Aquilejensi tenoris, ut sequitur.

Daniel Delphinus Dei, & Apostolicæ  
Sedis Gratia Patriarcha  
Aquilejensis.

XIII. Dilecto Nobis in Christo Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Bonifacio Cecotti Petinenfi Episcopo salutem in Domino sempiternam.

Petitionibus Nobis factis per A.R. Patrem Casparum Patroni Ex-Provincialem, & Guardianum Minorum Reformatorum Conventus Montis Sancti Divæ Virginis Gratiarum supra Goritiam Nostræ Aquilejensis Diœcesis a parte Imperii favorabiliter annuere volentes concedimus, ut unicuique Altare Ecclesiæ ejusdem nempe Sancti Joannis Nepomuceni, quod restat consecrandum Amplitudo Tua juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consecrare, eademque occasione Pontificalia exercere, & vices nostras hac in parte gerere possit, & valeat, harum proinde serie, & tenore facultatem eidem Amplitudini Tuæ elargimur. Datum Uti ni in Palatio Patriarchali Die 21. Mensis Julii 1742.

Daniel Patriarcha Aquilejensis.

( L. S. )

Joannes Dominicus Coronella Cancellarius  
Patriarchalis Aquilejensis.

XIV. Quamobrem vos interea devoti Clientes hujus Marianæ sedis benedicite Dominum, & narrate omnia mirabilia ejus quæ fecit in ea, quamque suis singulariter, Sanctorumque fuorum prædestinavit obsequiis (1) Illi confitemini, & ipsum glorificate, quia vobiscum fecit bona; & dum præsentis Capitis claudo seriem, affari vos libet accommodata Sancti Joannis Chrysostomi omnium nomine ad MARIAM facta acclamatione. (2) Adhanc igitur sanctissimam Virginem, & Dei Matrem accurrentes ejus patrocinii utilitatem assequamur... ad Matrem Domini confugite, quandoquidem per hanc, & peccatorum veniam consequimur.

(1) S. Auguff. ferm. 1. in Domin. 15.

(2)

Et quoniam Ecclesiæ hujus Sanctæ Tuæ O MARIA decus es, gloria, & firmamentum, patere ut in ea (3) Tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo Tuo commercio recuperandi aditum invenit... & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium (hoc) exauditionis. & re. porta nobis antidotum reconciliationis.

(3) S. Auguff. ferm. 18. de Sanctis.



Partitionibus Nobis factis per A. R. Patrum Casparum Pa...  
coni ex-Provinciam, & Guadalupe Minorum Rector...  
matronam Conventus Monialis Sancti Divæ Virginis Gratiæ...  
tum supra...  
imperii favor...  
cum Alacra Ecc...  
tracendi, quod...  
ritum Sanctæ...  
calone Pontif...  
gere polle...  
accularum eidem A...  
ni in Palatio Patris...  
Daniel Patriarchæ A...  
(L. 2.)  
Joannes Dominus Concellis Cancellarius...  
Patriarchæ Augustin...

CAPUT SEPTIMUM.

De Gratiis, & portentis, quæ operari dignatus est Deus, intercedente Thaumaturga Virgine Montis Sancti.

I. **A**pposite Sanctus Anselmus cujus verbis præsentis capituli tractandam materiam aggredior (1) nostram Virginem Thaumaturgam alloquitur, dicens: *Summa Dei sapientia nullam in massa creationis humanæ viam invenit, per quam, ut disposuerat in mundum veniens tam luctuosæ perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum esset. Sed hæc vox, ut in mundum per humani generis lineam venit, tanta omni boni virtute resplenduit, ut per ipsam Deus non tantum reatum primorum Parentum, sed totius mundi peccata deleteret.*

(1)  
Lib. de Ex-  
cell. Virginis.

II. Quemadmodum ergo Dominus benedictissimam Matrem suam, teste S. Bonaventura (2) *Universalem omnium Dominam fecit, Dominam inquam Cæli, & Dominam mundi,* & hinc ibidem mox subdit: *Virgo revera Domina est cælestium, terrestrium, & infernorum,* eandemque ad primum gratiæ gradum, supremumque gloriæ in terra viventium perpetuo possidendæ ordinem in ipsius electione ordinavit, ut propterea a Divo Bernardo (3) *Gaudium omnium Beatorum* diceretur: Ita, quia in terris vitæ fungitur munere, exercetque misericordiæ officium, ut peccato mortui ad vitæ resurgerent principium, supplex suum pro totius militantis Ecclesiæ salute nunquam intermittit exorare Filium, prout argumentoso declarat exemplo Gerson: (4) *Tu aspiras, & respiras in Ecclesiæ Corpus universum: sicut autem nequit vivere sine respiratione: ita mysticum corpus fidelium sine Virginis auxilio vitam scilicet spiritualem conservare nequit;* ideoque etiam ab Ildephonso (5) *Intritus vitæ* appellatur, obtinetque contra hostes humani generis iudicium; quia (6) *Terribilis ut castrorum acies ordinata:* ex quo tandem concludit Sanctus Germanus: (7) *Adeo claruit MARIA in vita miraculis, ut innumeros,*

(2)  
In specul. c.  
3. Lect. 8.

(3)  
Serm. de Assumpt.

(4)  
Super Magnif. tract.  
19.

(5)  
Serm. 4. Assumpt.

(6)  
Cant. cap. 6.

(7)  
Apud Pelbart.  
Lib. 7.



*debilesque curaret, & Dæmones effugaret ab Obsessis.*

III. Porro idipsum profecto ad propositam thematis seriem probant gratiæ quamplurimæ, & immensa beneficia, quibus sacrosanctam hanc Deiparæ Ædem, & locum crebris illustrare benignissimus Deus statuit prodigiis, dum per ejus intercessionem, & magna ipsius misericordiæ fluenta univ ersus hominum ad eam confugentium *HIC* irrigatur cœtus juxta Seraphici Doctoris (8) Oraculum: *Misericordia Tua Virgo rigat universum*, ita ut de plenitudine ejus accipiant universi: *emittatque* ( e loco isto fortunatissimæ suæ apparitionis ) *omnia bona, quibus mundus impletur*, ut rectè advertit Rupertus Abbas: (9) quamobrem sicut magna populorum frequentia, & devotione ad hæc usque tempora colitur: ita novarum gratiarum, & miraculorum fama undequaque coruscat.

IV. Quare reverentiali cum silentio præteritis aliis, iidemque propemodum innumeris Thaumaturgæ hujus Virginis magnalibus, & donis, quorum testes veridici fuere tot, ac tanta sacra devotorum clientum anathemata, quæ parietibus ab ipso Sanctuarii hujusmodi exordio affixa cernebantur vetustate licet collapsa, vel edacitate temporis absumpta, negari tamen non possunt, quin potius ex ipsis loci spectatæ sanctimonix indiciiis, perpetuæque hominum traditione rite probantur, quod: *si bi tacuerint, dico vobis, lapides clamabunt*, inquit Evangelista. (10) Obinde ea duntaxat hic recensere omittimus potissimum circumstantiis illis, quæ ad substantiam rei, & facti seriem probandam non pertinent, quæque hoc nostro præcipue ævo acciderunt.

V. Incipiendo igitur ab Anno reparatæ salutis MDCCXV. subjungimus hic aliqua, quæ ex quingentis & ultra actupendentibus in Mariana Capella, & delabro votivis signis, & tabellis, aliisque Virginis Gratiarum publicis monumentis ex sincera fidelium confessione collegimus, quæque fida manu obiter interim in Protocollo Sanctuarii a Prædicatoribus potissimum Verbi Dei notata reperiabantur, nunc vero maturiori calamo, & studio in lucem damus.

VI. Anno itaque 1715. Die nona Maij, quæ inciderat in Dominicam Pentecostalium solemnitatum Anna Susterzou. cha ætatis suæ viginti quinque ex Parochia Sancti Ruper. ti inferioris Carniolix adeo erat contractione membrorum debi-

( 8 )  
In Psalter.

( 9 )  
Ex Lib. 3. in Can.

( 10 )  
Lucæ cap. 19.

debilitata, ut reperere potius, quam humano incedere gressu cogeretur; visitare nihilominus hanc Sacram Montis Sancti *Ædem* votive spondit cum spe indubia impetranda a Gratiarum Matre sanitatis. Committit se igitur itineri, & dum medietatem Montis ejusdem attigisset, atque ad Capellam ibidem sitam orationi fuisset intenta, ossium, membrorumque inexpectato quamdam cœpit sentire commotionem. Progreditur inde in conceptu itineris proposito; atque probaticam hanc Marianæ Basilicæ piscinam ingrediens benignissimum a Matre Dei imploravit auxilium, cujus miraculosa effigies dum inter Missarum solemniam adoranda detegitur, confestim coram ingenti obstupescens popululi multitudine, expeditum artuum usum totiusque corporis obtinuit integritatem. Hanc porro facti naturæ ordinem proculdubio excedentis seriem non solum circumstantes Christi fideles palam contestati fuere, verum etiam superior ipse loci adhibitis regularibus Conventus testibus, præviaque instrumenti compilatione ad futuram reimmemoriā eandem in factis retulit Marianis; Anna autem provolutis in terram genibus Thaumaturgæ liberatrici humillimas persolvit grates, suæque erectionis Hymnum laudis cum Sancto Thoma de Villa nova (11) decantavit, dicens: *O Virgo! Tum mundum illuminasti: Cœlos lætificasti: infernum exterruisti: lapsos sublevasti: infirmos, & tristes in salutem, & lætitiā crexisti.*

VII. Antonius Miniussi origine Justinopolitanus, conditione faber lignarius Anno quidem superiori gravissima corripitur infirmitate, ita ut medicorum etiam judicio nulla ferre spes affulgeret recuperandæ salutis. Ad hujus obinde Thaumaturgæ Virginis Montis Sancti oculos, & animum convertit, emissoque devotæ peregrinationis voto singulare confestim perferent sublevamen, & demum integram sanitatem. Voto satisfactorius Anno mox sequenti ad magnificandam misericordiam ejus se contulit, hostiamque laudis sacrificavit. Apposite hic subintrat Sanctus Bonaventura, dicens: (12) *Solum divinæ misericordiæ est MARIA Mater misericordiæ, in quo omnes inveniunt solatia misericordiæ.*

VIII. Revertitur inde ad patrios lares Antonius, & dum ad transitum vicini Maris sese committit ob validam hujus insperato ortam tempestatem in proximum una cum sociis incidit naufragii periculum. Totis igitur præcordiis iterum,

( 11 )  
Concio 3. de  
Nativ. B. V.

( 12 )  
In specul.  
cap. 8.

iterumve una cum iisdem Sanctissimum illius NOMEN, que stella Maris in hujus mundi procella dicitur, invocat Deiparam videlicet Virginem Montis Sancti, cujus nonnisi augustissimo patrocinio ad optatum dein portum Justinopolitanum omnes incolumes pervenerunt. Pio admodum ad propositum Venerabilis Abbas Absolon (13) Mariam extollit elogio, hymnoque salutatur: *At non immerito stellam Maris appellabo eam propter miserorum refugium. Maris Stella est, quoniam miseri omnes in amaritudine fluctuantes ab ipsa opem refugii exposcunt. Dicamus ergo devote. Ave Maris Stella. AVE MARIA.*

(13)  
Serm. 22. de  
Annunt. B. V.

IX. Verum post geminos hos ejusdem meritis cum gaudio obtentos favores, rursus alia subsecuta est tribulatio, aliudve periculum, siquidem ipsa secunda sui reditus ad domum Nativitatis die in extremum denuo relabitur morbum occasionatum forte, aut ex gravi metu discriminis paulo ante recensiti, vel aliis naturalibus de causis, quo spatio trium mensium omni humano destitutus auxilio affligebatur. Pari ergo cum fiducia, & animi constantia commotus ab hoc Cœlesti Thesauro Deitatis opem refugii quæsit, & pristinam iterato invenire meruit, & percipere incolumitatem: sicque brevi temporis intervallo tribus ditatus portentosis gratiis ter admirabilem omnipotentis Virginis extulit Omnipotentiam. Concludo ergo totam seriem trium horum mirabilium verbis Richardi a Sancto Laurentio (14) sic concinentis: De illa enim vere dici potest illud Eccles. 42. *In omni necessitate omnia obediunt ei.* Cui ad stipulatur illud Sancti Georgii Nicodemi de Præsentat: Virginis: *Nil Tue, o Domina, resistit potentie, nihil repugnat tuis viribus: omnia cedunt tuo jussui, omnia tuo obediunt imperio, omnia tue potestati serviunt, omnia potes consequi.*

(14)  
Lib. 4. de  
laud. Virg.

X. Quoniam vero eadem Dei Genitrix in cujus manibus, ut ingenue fatetur Sanctus Joannes Damascenus, *sunt thesauri miserationum Domini*, ut peccatores, miserosque adjuvet, occasionis causam non expectat, nec cunctatur, sed eam ubique exoptans, inquirere satagit, ut iisdem succurrat. Absit (inquit idem 15.) *ut cesset manus tua, cum occasionem quæras salvandi miseros, & misericordiam effundendi.* In cujus porro veritatis contestationem ætate hac nostra Joannes Balthasar Vogl Ballistarius post adeptum a Coronata hac Virgine Sanctissima (cujus opem jugiter in pro-

(15)  
Serm. 1. de  
Nativit.

ximo mortis periculo fortuito casu paulo infra recensendo constitutus efflagitaverat ) insignis munificentiae donum , eam pariter testatam esse voluit sequenti propriae confessionis testimonio , quod syllabatim in laudem , & gloriam ejus , ut in factis Marianis adscriberetur , enixe postulavit , subsecutio .

Anno Domini 1715. 26. Augusti. Dum ego Joannes Baltbasar Vogl Ballistarius hujus Goritiensis Fortalitii Graecii me in scholastico exercitio tormentariae artis detinerem , & una dierum in campo retro Sanctum Leonardum exercitio bellicorum tormentorum , ac mortariorum una cum aliis incumberem , accidit , dum mortarium unum viginti centenariorum ponderosum ad sua ligna cum aliis accomodarem , ex improvise autem dictum mortarium levatum se verteret , baculum exinde quo mortarium praedictum levabatur , adeo fortiter ad pectus me percusserat , ut illico semimortuus in terram ceciderim , omnesque propterea circumstantes Collegae me omnino brevi tempore moriturum judicaverint . Re-collectis autem in tali , ac tanto terrore deperditis sensibus statim me Beatissimae semperque Virgini M A R I A E Montis Sancti supra Saicanum devovi , ejusque demum patrocinio brevi pristinae sanitati restitutus fui , cui laus , honor , & gloria sit sempiterna . In quorum fidem has propriae manus subscriptione , ac sigillo roboravi .

Datum Goritiae 4 Aprilis 1716.

( L. S. )

Joannes Baltbasar Vogl  
Ballistarius manu propria.

Adstat ergo ( Mariani cultores ) Beatissima , sic namque hunc in finem vos alloquitur Amadeus ( 16 ) singulari merito praecipua vultui Creatoris prece potentissima semper interpellans pro nobis : illo enim edocta lumine nostra videt discrimina , nostrique clemens , & dulcis Domina affectu Materno miseretur .

( 16 )  
Homil. 8. de  
laud. Virg.

XI. Quantum praeterea Deus bone ! Divina pietas , quantum misericordia , & sincera in mortales omnes charitas sine bonorum , malorumque discrimine cor Deiparae nostrae

dilataverit, abunde ostenditur ex miraculoso plane eventu  
cujus seriem hic subjungimus.

Superiori etenim Anno nempe 1717. occasione qua Sa-  
cratissima ejusdem Effigies processionaliter summo cum ap-  
plausu deferebatur ad Urbem Goritiensem, ubi Coronatio-  
nis suę solennia instituta, & concelebrata fuere, de quibus  
infra cap. 9., & sequenti specialiter pertractaturi sumus; in-  
ter ceteros infinitos propemodum Marianos veneratores, &  
spectatores, aderat quoque fortuito casu Moyses Montefior  
professione Hebręus, cujus ex illo primo, ac simplici Vene-  
rabilis contuitu Iconis, cor adeo erga Miserationum Matrem,  
Divineque dispensatricem gratiæ exarsit amore, ut confestim  
abnegata judaica perfidia ad agnitionem verę fidei, & Evan-  
gelicę lucem veritatis, quę Christus est, meruerit perveni-  
re: Qui posteaquam in fidei Christianę, & Catholicę Re-  
ligionis rudimentis plene edoctus fuisset, sacro tandem rege-  
nerationis lavacro Anno mox sequenti 1718. Die 21. Octo-  
bris ablatus fuit, ut Baptismalis fides Aedibus ex Parochia,  
libus Goritię data tenoris sequentis exhibet.

Die 21. Octobris 1718.

**T**oannes Josefbus Defellin natus Hebręus nomine Moy-  
ses Montefior Annorum 66., & 4. mensium deposita He-  
braica perfidia, & suscepta Catholica Christiana fide ba-  
ptizatus fuit bodierna die ab Illustrissimo, & admodum Re ve-  
rend. Domino Josefbo S. R. I. Comite Coronini de licentia  
Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Abbatis, & Paro-  
chi Marii Gibelli de Gibellis, Patrini Levantibus Illustris-  
simo Domino Nicolao S. R. I. Comite de Neyhaus in absen-  
tia Electi Patrini Illustrissimi, & Excellentissimi Domini  
Joannis Josefbi S. R. I. Comitissae de Wildenstein Capitanei Go-  
ritiensis, & Illustrissima ac Excellentissima Domina Cęcilia  
Comitissa de Rabatta loco, & nomine suę Celsitudinis Ma-  
rię Antonie Principissę Viduę de Montecuculi, qui baptis-  
mus solemniter in hac Veneranda Ecclesia Parochiali  
magno populi concursu fuit celebratus imposito cognomine  
Defellin dato ab eadem suę Celsitudine. Pręfati baptis-  
tis notam e Libro baptizatorum Venerandę Parochialis  
Sanctorum Martyrum Hilarii, & Tatiani Civitatis Goritię

ego infrascriptus fideliter extraxi, propria manu subscripsi,  
ac solito meo sigillo firmatam dedi

Goritiae ex Aedibus Parochialibus Die 16. Octobris 1745.

Laurentius Xaverius Fiorentini  
Vicarius Curatus loci.

( L. S. )

In grati porro animi monumentum erga amplissimam  
Coronatae Virginis pietate, ac Clementia Divitis mu-  
nificentiam, atque aeternam Marianorum factorum me-  
moriam, tam portentosa conversionis metamorphosim idem  
MARIAE Cliens ad Valvas parietis Aedium suarum Gori-  
tiae Thaumaturgae sub Icone Virginis sequenti epiphone-  
mate graphice delineavit.

## De FeLLIn VIsIone MarIae ConVersVs

Talis ergo, ac tam immensa universalitatis est charitas,  
& misericordia Virginis Nostrae ut quemadmodum Regius  
Propheta David ( 17 ) Domino decantavit dicens: *Miseri-* ( 17 )  
*cordia Domini plena est terra, hoc est erga omnes ho-* Psal. 32.  
mines tam quoad gratiam praedestinationis ab aeterno, quam  
justificationis in tempore, & glorificationis in aeternum:  
ita de Virgine MARIA nobis philosophandum est; quae  
ut excellentiam suae misericordiae ostendat, Judaeorum etiam  
animas, etsi ob priorum atrocitatem scelerum de mani-  
bus Christi Domini, quem crucifixerunt, jam collapsas, ut  
vix ulla ob cordis duritiem poenitendas iri spes adsit, non  
despicit; sed multifariam Ecclesiae Sanctae Dei aggregare  
nititur, sinumque eis misericordiae suae pandit, & ne pro-  
merita aeternae damnationis poena plectantur, ad Thro-  
num Clementiae veniam pro ipsis exoratura accedit.

Audi Mariane Theophile S. Augustinum ( 18 ) univer-  
salitatem hujusmodi admirandum in modum extollentem;  
*MARIA Mater Domini dum juxta Crucem staret, non* ( 18 )  
*sua peccata flebat; quia nullam peccatum habebat; sed* Serm. 11. ad  
fratr. in E-  
remo.  
flebat

*flebat, non tantum filii passionem, sed & Judæorum damnationem.*

( 19 )  
Orat. de Af-  
sumpt.  
( 20 )  
Eccles. cap.  
24.

O vere magnum pietatis opus ! Hinc Andreas Cretensis ( 19 ) exclamat dicens : *Ex quo translata es a terra, Te universus Mundus continet commune propitiatorium.* Est namque velut ( 20 ) *Oliva speciosa in campis*, ad cujus benignitatis oleum accedentes universi, salutem excipere possunt, undique venientes miserationis dulcedinem sugere valent. Propterea Adamus de Perlenia apud Tilmanum præfata Sapiientis verba perpendens perpulchre sic argumentatur : *Virgo sane Nostra est oliva speciosa in campis ; quia gratia ejus, & misericordia omnibus est communis. Cur non prope- ratis ad Oleum ? vestrum negotium est, quod hic agitur : nulla ratione olivam fructiferam in campis poneret, nisi, ut misericordiam Virginis omnibus communem exhiberet.*

XII. Et quia : *Omnia in Virgine ( Nostra ) sunt admira- bilia*, ut commemorat Patriacha Germanus : *& nature vi- res excedentia, in qua Deus suam exercuit potentiam*, pro- inde hanc ipsam mirum in modum exaltatæ ab Altissimo potestatis Matris ejus plenitudinem pluribus argumentis testatam voluit incolis vicinæ Civitatis Goritiensis. Anno siquidem 1718. Die decima Mensis Julii, dum in domo cu- jusdam Pistoris ignis sub tecto ubi ligna asservabantur re- pentino eventu exortus fuisset, adeo valide rapida flammæ fenestris proruperat, ut nullum amplius superesse videretur humanæ præservationis a voracitate ipsius adminiculum. Ve- rum enim vero pie tantum invocato a quodam domestico *MARIÆ Virginis Montis Sancti Nomine* confestim e conspectu omnium adstantium exitialis ejus evanuit impetus, sicque a præsentissimo incendio illæsa remansit. In cujus porro pa- tentis prodigii perennem memoriam limina Mariani de- lubri, ut sponderant habitantes in ea, devote visitarunt, votivamque obtulerunt, & parietibus Sacri Sacelli appen- derunt tabellam. Quamobrem inclytus Virginis cultor Di- vus Bernardus ( 21 ) unumquemque Marianum sic hortatur clientem. *In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non rece- dat a corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum.*

( 21 )  
Homil. 2.  
super Mis-  
sus est.

XIII. Eodem similiter Anno in Vigilia Sacratissimæ Na- tivitatis Domini Nostri JESU Christi, adorabilem Virginis Montis

Montis Sancti expertus est clementiam Paulus Vidiz Civis Goritienlis professione Sartor. Dum enim hic ex pia consuetudine una cum domesticis suis Marianum recitasset Rosarium coram miraculosa ejus Leone, & quidem pendente lampade oleo destituta, hæc nihilominus ex se ipsa bis successively accenditur, similique modo extinguitur: tertio tandem iterum pari ratione reaccensa perfulgidum aliquantif. per lumen edidit, Virginis proculdubio imperio, quæ ab Ildephonso (22)

(22)  
Serm. 4. de  
Assumpt.

*Virgo illuminata, & illuminatrix dicitur.* Quo inusitato Adstantes permoti mytherio singulari deinceps devotione, frequentiorique illuminatione hanc ipsam Venerandam effigiem ad normam pauperis facultatis decorarunt. Statim autem ut hujus admirandæ metamorphosis eventum fama vulgavit, Excellentissimus Comes Hieronymus a Turri in cujus fundo proprietatis Domus illa sita erat, petiit a censualista suo eam sibi dari; verum eum constanter renuentem pie increpuit, ast incassum; quapropter præcepit, ut vi per famulos e Domo surriperetur; mox ergo illi abeuntes, ut morem gererent mandanti Domino, derepente hic in terram corruit, nec poterat inde resurgere, donec mandatum revocasset, quo factò redeuntes famuli eundem incolumem, ac illælum erexerunt, atque ad majorem ejusdem Dei Genitricis honorem Comes idemet, sicut & famuli ejus velut testes de visu, & audita portentosum hunc casum magno nonnisi cum spirituali audientium solamine, & votiva gratiarum actione divulgarunt. Profecto *non extinguetur in nocte lucerna ejus* inquit Sapiens Proverb. 11. & *lampades ejus, lampades ignis atque flammæ*, canit sponsus de Virgine sua in Canticis (23) propterea a Sancto Methodio Orat. Dom. *fax fidelium* etiam nuncupatur. Quare Seraphicus Doctor Sanctus Bonaventura (24) aptissime, & serio unumquemque monet, & pro illibate servando Genitricis Dei in omni tempore, & loco honore perorat dicens: *Quacumque hora, quacumque die aliquis fidelium cum totis præcordiis, & visceribus honorat Virginem, increpandus non est pertinaciter, ne ipsius Virginis animadverso incurratur, quæ auxiliatrix, & amatrix est omnium fidelium suorum laudatorum, sicut illi, qui testes sunt, experimento multiplici cognoverunt.*

(23)  
Cant. cap. 8.  
(24)  
Lib. 3. sentent. dist. 3.  
Art. 1. quæst. 1.

XIV. Alius Marianus Cliens ex Carinthia in Die Pentecostes



tecostes Anno 1724. peregrinationis votivæ gratia, hanc Sacram Virginis visitavit. Ædem, misericordiamque ejus Reus voti factus super omnia palam exaltavit; invocata siquidem toto cordis affectu Materna ejusdem pietate, manum quam infortunio sclopi explosi in partes divisi contractam ferme amiserat, pendulam adhuc solo cutis adminiculo, Physicorumque, atque periti Chirurgi consilio ex toto præscindendam potius, quam humana virtute amplius curabilem, auxiliari tamen a Gratiarum Matre porrecta manu, integram recepit, relicto duntaxat in loco consolidatæ partis, & tesseram subitanæ hic contestatæ curationis suæ aliquali fracturæ vestigio. Ex quo pulchre Sanctus Hieronymus subinfert: *Non potest non compati miseriis nostris Misericordia MARIÆ, nullum enim in hac vita adeo pœnæ torserunt propria, ut MARIAM aliena.*

( 25 )  
 2. ad Corint.  
 1.  
 ( 26 )  
 Sermon. in ejus  
 Festo.

XV. Et si ut testatur Paulus Apostolus ( 25 ) de Genitore Æterno quod: *Est Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*, de Genitrice MARIA pariter contestatur Joannes Lanspergius ( 26 ) *Anna Matrem misericordie, & fontem totius consolationis genuit....* Uberes certe hujus fructus inter ceteros Mariophilos degustasse fateretur Antonius Schmid Judex Magistratus Civitatis Villacensis Carinthiæ superioris, Goritiensi in Urbe ( ad quam negotiorum causa accesserat ) extrema plane obrutus infirmitate, verum licet illius angustiis undique premeretur, peregrinationis tamen voto emisso adeundi nempe Montem Sanctum, opem Coronatæ Deiparæ imploravit, quæ a Sancto Joanne Damasceno ( 27 ) *Thesaurus vitæ immortalis* depredicatur, sicque protinus vitæ integritatem meruit obtinere: Voto demum satisfactorius ad Montem Sanctum properavit, ubi publicam restitutæ sibi ab ea sanitatis confessionem fecit. Igitur: *Sicut nubes modico vento agitata velociter movetur, & imbrem fundit, sic virgo MARIA modicum pulsata egentibus subvenit*: Sanctus Bernardinus Senensis ( 28 )

( 28 )  
 In cap. 14.  
 Apocal.

XVI. Eodem similiter Anno Faber ferarius Tergeßine Civitatis longo, gravique morbo correptus, ut in pristinum abiret salutis statum, omnes affectus, & animum in unicum MARIÆ Virginis Montis Sancti præsidium convertit, & ab ea iterum, atque iterum opportunum quesivit juvamen. Quamprimum vero se voto insuper obstrinxit, illico

illico Materno eidem adfuit patrocinio , atque exoptatam invenit sanitatis margaritam . Revera MARIA , ut ait Sanctus Bonaventura ( 29 ) *Regina est misericordiae , quia non est in hac vita sic desperatus , sic miser , & infirmus , cui non impetret misericordiam salutarem , si ad suum declinaverit regimen .* ( 29 )  
In stimulo a-  
moris parag.  
3. cap. 19.

XVII. Pari ratione Anno 1727. Mathias Bosizh ex Pago Sherou nuncupato in Carniolia originem trahens longotemporis intervallo oculorum lumine orbatus ambulabat in tenebris , & quia nulla poterant ab eo sedule conquisita suppetere humana suffragia , varia statuit Sacra invisere loca pro consequenda valetudinis curatione , at Deo ita disponente incassum , donec ut supra meminimus , ad istam de qua loquimur MARIAM Virginem Montis Sancti ventum esset , & ad illam omnes suos convertisset cogitatus , quæ de se ipsa testatur ( 30 ) *Qui me invenerit , inveniet vitam , & hauriet salutem a Domino .* Invenit ergo ille continuo gratiam coram oculis Domine Suae , quæ *expultrix tenebrarum est ,* ( 31 ) oculorum ipsius cæcitatem absterlit . Unde ( 30 )  
Proverb. cap.  
8.  
( 31 )  
Sergius Jero-  
solymitanus  
ferm. de Na-  
tiv. Virg.

15. Julii ad Montem Sanctum contendit , ubi enarrata præsentibus testibus fide dignis miraculosa sensus nativi visus sibi reddita facultate , quam jugiter exinde retinuit , voto , quo Deo obstringebatur , effusis præ gaudio affectuosis gemitibus satisfecit : Vere MARIA est *illuminatrix plurimorum per exempla lucidissima vitæ suæ .* Sanctus Bonaventura :

XVIII. De hac insuper incomprehensibili Deiparæ in genus humanum misericordia præclare differens Beatus Laurentius Justinianus Patriarcha Venetorum ( 32 ) inquit : *Est MARIA ad opitulandum paratissima , affectu pia , & humili devotione , & præ ceteris decora , quæ genuit mente , & Corpore Christum ,* cujus opitulationis miraculæ gazophilacium expertus est Joannes Baptista Badini natione Venetus , & inquilinus Goritienensis , qui die 24. Junii Titulari Patrono suo Sacrato 1728. exonerare intendens pistolettam tribus onustam globis , & evulsis jam duobus , non sic tertium extrahere valebat , hinc incaute eam in terram allisit , & concepto exinde igne globum exhibilavit , palmamque dexteræ manus ejus transfixit irremediabili nervorum , & ossium attritione . Quare Medicorum consilio Ecclesiæ Sacramentis rite munitus totis præcordiis ad pientissimam hanc miserationum Domini Matremfiducialiter confugit , edito . ( 32 )  
Serm. de Na-  
tivity Christi  
( 33 )  
huiusmodi  
34V

que voto, atque oblato duorum cereorum donario, Missæ sacrificium ut ad Aram ejusdem Thaumaturgæ Altissimo li-  
 tetur, ordinavit, statim itaque gravissimum cruciatum ma-  
 nus mitigatum intellexit, & sensim absque doloris sensu sa-  
 nam in integrum simplici emplastri applicatione recepit.  
 In cujus prodigiosæ sanationis testimonium Montem Sanctum  
 4. Augusti conscendit una cum Uxore sua, & tribus aliis  
 sociis testibus facti juratis, atque duobus Sacerdotibus: ubi  
 cicatrices utriusque lateris coram exhibuit, & Divine libe-  
 ratrici laudes cum humillima actione gratiarum decantavit.  
 Altissima profecto est Coronatæ hujus Regine misericordiæ  
 sublimitas, de qua ad captum humanæ imbecillitatis dici po-  
 test illud, quod Poeta de Urbium Principe Roma olim mo-  
 dulatus est Eccloga 1.

*Hæc tantum alias inter caput extulit Urbes,*

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

XIX. Anno eodem. Comes a Staremberg Viennæ in Au-  
 stria exitiali, ac longa hyberno tempore opprimebatur in-  
 firmitate calamitosam hic suam frequenter plorabat condi-  
 tionem, humanis æque, ac Physicorum remediis, & ope de-  
 stitutus. Accesserat eum interim visitandi animi gratia pia,  
 & nobilis persona quædam erga misericordem hanc Mon-  
 tis Sancti cælestium charysmatum Dispensatricem, utque  
 firma cum fiducia divinum ejusdem interpellaret a djutorium,  
 intime exhortabatur. Prompte paruit egrotus medio sibi  
 certe divinitus inspirato, seseque proinde totum sincero  
 animo validissimæ protectioni suæ consecravit, quo facto se-  
 datis illico mæroribus, & oppressionum molestiis e strato  
 surrexit, atque in tesseram tam prodigiosi percepti benefi-  
 cii præter alia præclara pietatis opera tabellam quam vove-  
 rat argenteam ad Advocatam, & consolatricem suam per-  
 ferri jussit, & ad Sacrosanctam ejus Aram appendi. Cujus ines-  
 fabilem porro clementiam contemplatus Sanctus Ephrem  
 Syrus ( 33 ) inter varia, quibus eam salutando cumulavit  
 elogia, illud non postremum existit, quod hic subnectitur  
 optime ad intentum nostrum: *Ave Nostra Consolatrix, quæ  
 mærores sedasti, & oppressorum molestias lenivisti, cunctas  
 que suppressiones sustulisti. Ave firma salus universorum Chri-  
 stianorum ad te sincere recurrentium. Ave nostra omnium pro-  
 tectio insignis, & gloria:*

XX. Anno 1729. Pastor quidam ex Carsio annorum cir-  
 citer

( 33 )

Orat. de laud.  
 Virg.

citer octodecim estivo tempore in pascendo quadam die grege ex incuria juvencam amisit, & licet ab eo, & domesticis suis assidue perquireretur, inveniri tamen non potuit. Valde propterea contristatus, & ne male tractaretur a Patrefamilias die proxime sequenti animo eandem offendendi perguit diluculo cum solito grege, & hunc ad pascua ducit, dumque casu retrospexisset oculis in hunc Sanctum Montem incidit, motusque interne ab alto illico genua flectit, Matremque Coronatam enixe precatur, ut deperditam juvencam invenire valeret, qua humili vix peracta supplicatione, quamprimum mugitum ejus audivit, velocique illa gressu ad pedes etiamnum procumbentis, & attoniti in Oratione pastoris occurrit. In vigilia itaque Sanctissime Trinitatis proficiscitur associatus pluribus aliis insoliti hujusmodi occursum testibus ad hanc sedem gratiarum, factaque sincera, ac devota confessione publica obtenti muneris, perseveranter institit, quatenus toti populo aliunde die illa processionaliter ad eam accedenti e suggestu publicaretur ad majorem Virginis pientissime gloriam, que ad tollendum dolorem ejus benignissima sua indole adeo ad sublevandum propensa ultro se obtulit. Unde agebat Sapiens. (34) *Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inveniet. Præoccupat enim, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.*

(33)  
Ibid. p. 11.

(34)  
Sapient. cap. 6.

XXI. De hac Virginis amantissima, spontaneaue ad subveniendum propensione amplius preclare discurret idem Sapiens (35) *Obviavit illi (ait) quasi Mater honorificata, & quasi Mulier a Virginitate excipiet illum.* Hanc singularem ejus beneficentiæ prerogativam Colonus quidam ex Foro julio, & Oppido Attemiss vocitato manifesto didicit experimento Die 7. Februarii, in qua cum grandi curru fœno onerato fluvium Torre dictum aquam quidem modicam pro tunc continentem transmeare contendit, verum dum ad medietatem ejus appulisset, aqua ad instar torrentis rapidissimi exuberanter confluxit, eodemque subverso una cum animalibus, & hominibus ad plures passus procul cum evidenti submersionis singulorum discrimine abripuit. Agnoscens ergo Colonus nullum adesse nature viribus evadendi modum, ad effulissima Virginis Montis Sancti pietatis viscera filialiter confugit: Obviavit ei Mater honorificata, piasque preces servuli ad se clamantis exaudivit, eundemque cum sociis, & curru, ut antea onusto ad ripam torrentis incolumem deduxit. In contestationem

(35)  
Eccles. cap. 15.

(36)  
De fœnis  
in  
Donato

stationem itaque collati doni ad Montem Sanctum migravit, & oblato sponte juramento de rei hujus veritate. So-  
spitricem suam laudibus celebravit. De hac ultronea ejus  
promptitudine in adjuvandis miseriis humani generis per-  
quam bene concinit Mantuanus Poeta (36)

*Ante preces etiam necdum obsecrata, favorem*

*Donat, & ad miseros Maternas explicat ulnas.*

XXII. Admirabili præterea hujusmodi Virginalis miseri-  
cordiæ claritate juvenis quidam Territorii Villacensis anno  
rum circiter 27. extitit corroboratus, quandoquidem meri-  
tis, ac precibus ejusdem Deiparæ, cui votiva integritate se-  
se dicaverat, a gravissimo, & humanitus incurabili quo  
diu languebat morbo, illico convaleuit. In grati proin ani-  
mi monumentum Die 1. Junii 1732. cum pluribus aliis pa-  
triotis suis ad hanc almam ejus Domum properare se contulit,  
affectuosissimasque coram populi multitudine Coronatæ Me-  
diatrici Deum inter & homines grates persolvit; adeo nam-  
que fortis, & sublimis est hæc Dei Parentis optimæ mise-  
ricordia, ut de illa, utpote Divinæ simillima, merito dici  
possit, quod quondam David cecinit: (37) *Quoniam secun-  
dum altitudinem Cæli a terra corroboravit misericordiam  
super rimentes se.*

XXIII. Nec minus alteri puellæ consimile votum ad be-  
nignissimam Virginis hujus, suafu devoti cujusdam Reli-  
giosi, pietatem nuncupatum profuit, quæ licet utroque fer-  
me cæcutiret oculo, post plura absque juvamine applicata  
remedia, manuduci nihilominus ad hunc fontem Maria-  
num æterni luminis voluit, ubi emissis ferventissimis ad il-  
luminatricem Orbis universi suspiriis perfectam videndi facul-  
tatem extemplo recuperavit. Apposite hic exclamat An-  
selmus. (38) *MARIA est Oliva speciosa in Campis,  
quia gratia illius, & misericordia omnibus est communis.  
O quam jucundum, quam suave est illi coherere, quam  
salutiferum intra hujus Puerperæ diversorium commorari.  
Si infirmus es, de diversorio illo abundanter profuit oleum  
infirmorum. Si sanus es: Oleum lætitiæ suscipis ex MARIA.  
Periculosum est ad punctum ab ipsa recedere.*

XXIV. Pari admiratione digno eventu alia quadrienna-  
lis puella periculose admodum ægrota, edito per afflictos  
parentes voto adeundi limina Marianæ Basilicæ MontisSan-  
cti, integre convaleuit, ita ut paucis ex post diebus una cum  
iisdem

(36)  
Lib. 1. Par-  
then.

(37)  
Plal. 102.

(38)  
De Persev.  
in Mundo  
Mariano Di-  
scursu.

isdem parentibus absque ullius sublevamine ad solvendum votum, atque ad venerandam Divinam Sospitatricem conscenderit. Sic namque pietatis suæ viscera ostendit Virgo nostra piensissima invocantibus auxilium Maternæ misericordiæ, cujus latitudo tanta est, uti inquit Divus Bernardus, ut de ea quoque libere concinere potuerit Regius Propheta: *Misericordia ejus plena est terra.*

XXV. Plorabat etiam paupercula Mulier Oppidi Salcenenlis agonizantem parvulam filiam, & ubi nulla proderant remedia, eam e lectulo in palmas suscipiens tenerri-  
 ma cum devotione obtulit gloriosissimo Virginis Montis Sancti patrocinio. Exaudivit piissima Mater vocem supplicantis famule, prolemque periclitantem mox pristinae sanitati restituit. Quo pacto impletum amplius ampliusve dignoscitur, quod de ea Spiritus Sanctus (39) dixit. *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem;* hinc Bernardus extollit vocem inquit: *O Dives in omnes, & super omnes MARIA.* (39.) Prov. 31.

XXVI. Puerulus ex Carlio in foveam imbre repletam, quam Mater eodem tempore ad aquam hauriendam accesserat, exitiali casu prolabitur: Gravi illa dolore, & terrore correpta in eam se committere, licet non absque discrimine vitæ, ad prolem lucrandam meditabatur, sed mutato Divino utique instinctu consilio ad consolatricem afflictorum *MARIAM* illico confugit, eam enixe deprecando, ut a calamitosa filioli jactura liberare dignaretur. Clamore ergo valido proprio eum convocat nomine, & ecce e profundo aquæ natitans manum ille portendit, quam Mater apprehendit, & Sanctæ Dei Genitricis auxilio incolumem extraxit. Quare Magnus ille Parisinæ Academiæ Theologus Martinus de Magistris Paragraph. in *Salve Regina* æmulam hanc Patris æterni misericordiæ Filiam perpulchre alloquitur, dicens: *Nulla est calamitas, quam non dissipet, nulla adversitas, quam non disperdas, nullum miseria genus, quod non divino freta robore prorsus avellas.*

XXVII. Maria Anna Shidikin Marpurgi in Styria nata Anno 1733. Die 11. Aprilis senio licet confecta, & ægræ plerumque valetudinis, voti tamen compos effecta ad hanc Sacram peditando se transfudit Virginis Ædem, ubi ad majorem ejus gloriam ingenuo retulit animo, quod nem-

nempe una dierum a veneno sive scienter, sive, ut præse-  
rebatur, ignoranter cibo a quoque permixto lethalem adeo  
contraxerit luem, ut certo certius exinde una cum aliis de-  
cem mensæ familiaribus occubuisse, nisi valido ejusdem  
Thaumaturgæ ( quæ *Arca vitæ* ab Andrea Jerosolymitano  
nuncupatur (40) cuique se, suosque apprime commenda-  
verat ) suffragio singuli fuissent præservati, & ipsa vitam  
morti opposuisset. Quapropter Seraphicis plane affectibus  
MARIAM vitæ Matrem interpellat Divus Bonaventura.  
(41) *Nos ergo miseri o Sanctissima Virgo! tecum de ce-  
tero consolemur .... quia Tu es VITA. Vita vere, quæ  
mortem vicisti. . . . in omnibus enim Te vitam morti  
opponis. O vita mirabilis! quæ mortuos vivificare conaris!  
O vita mortem non timens, mortem expellens, mortales  
immortales constituens.*

XXVIII. Eodem Anno Mathias Vertouz Oppidanus Vi-  
pacensis post contestatam jurejurando plurium annorum,  
quam sustulit ægritudinem peregrinationis Montis-Sanctanę  
voto sese obstrinxerat. Itineri itaque sese committit, dum-  
que a pede ejusdem ad Capellam Annunciatæ 31. Maii ap-  
pulisset, præ nimia corporis debilitate amplius nec progredi,  
nec regredi se posse arbitrabatur, elevatis nihilominus  
in Cælum oculis profusis lacrymis opportunum postulavit  
a Virgine Matre auxilium; languens ergo tantisper, & o-  
rans, firmamque tenens de MARIA fidem derepente sen-  
sit viribus consolidari, summaque adstantium admiratione  
e solo surrexit, & ad Montem Sanctum suppetias ferente  
Reparatrice divina prospere pervenit. *Quis enim Te non  
diligat?* vociferatur Sanctus Bonaventura (42) *Reparatri-  
cem omnium, attamen ut idem bene advertit (43) Quicum-  
que vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat de  
MARIA firmam fidem: quam nisi quisque integram, in-  
violatamque servaverit, sine dubio peribit.*

XXIX. Ex Parochia Sancti Joannis de Duino persona  
Margaritha nomine annis octo integris alterutro nutabat pe-  
de, neque sine fulcimentis incedere valebat, sacrum tamen  
statuit in corde suo hoc scandere jugum ad impetrandam  
( ut æterna memoria digno insinuat oraculo Cæsarius (44)  
videlicet *a medicina Beatæ Virginis qua nihil est effica-  
cius, nihil est salubrius claudicantium pedum firmitatem;*  
quam, & dum ad medietatem Montis pervenisset, clemen-  
ter

( 40 )  
In salutat.  
Angelica.

( 41 )  
Super Salve  
Regina.

( 42 )  
In Psalt. B.

( 42 )  
In stimulo a  
moris part. 3.  
cap. 19.

( 43 )  
In Psalt. B.  
Virginis.

( 44 )  
Lib. 7. cap.  
25.

ter adipiscitur; abjectis siquidem fulcimentis, expedite ambulare cœpit, & usque ad verticem ejus pari facilitate (quam deinceps constanter retinuit) proficiscitur, ubi eodem Anno, & Die 31. Maii votivis laudibus magnitudinem beneficii a perenni curationum fonte MARIA obtenti celebravit: sed, *quid mirum*, subjungit idem Cæsarius: *si apud ipsam sunt medicamenta sanitatum, quæ Hortus est aromatum?* ad cujus præsentiam concludit Sanctus Joannes Damascenus (45) *Morbi fugam capeſſebant . . . . . Surdis auditus, claudis pedum firmitas restituebatur.*

(45)  
Orat. 2. de  
Dormit. Dei-  
paræ.

XXX. Maritus cum uxore sua ex Pago Gotttha dicto, uno, eodemque tempore, & Anno 1733. ambo gravissimo languore ferme consumpti extremam ad invicem collacrymabantur conditionem. In tanto ergo discrimine rerum totis præcordiis ad hanc Virginem matrem velut Civitatem refugii sese piis, mutuisque devoverunt affectibus, moxque opem ejus potentissimam experti fuere, atque ob recuperatam salutem indicibili animi lætitia perfusi, ternis successive vicibus ad venerandam hic Sacratam iconem Matris illius, quæ salutem mundo peperit, sese contulerunt, quæque de se ipsa per os præmemorati Damasceni contestatur dicens: *Ego evaſi medicine Officina ægrotantibus: Ego fons perennis curationum: Ego Civitas refugii omnibus ad me confugientibus.*

XXXI. Ex Parochia Thomajensi infausto nimis casu atque magno cum impetu Vir quispiam in terram lapsus talem pedis, ac sacri ossis passus est fracturam, ut non modo pedis ipsius, verum & vitæ omnium calculo jacturam subjerit: Amicorum itaque consilio Sacramentis Ecclesiæ munitus preces supplicationesque ad hanc Virginem Matrem saluberrimam medicinam fudit, ut se a morbo, quo torquebatur, liberare dignaretur. Nec irritæ supplicantis Viri cecidere preces, quandoquidem continuo os fractum consolidari visum est, atque stupendo plane eventu sine ullo medicamine luxatum sensit reponi, sicque ut Gigas confortatus ad currendam viam (46) *ambulans, & exiliens, & laudans Deum* prima Augusti Anni 1733. festivo gressu al-  
labitur ad adorandam Genitricis Altissimi benignitatem, quæ ad instar terræ medicinalis germinavit Salvatorem, ut optime notat Cæsarius loco citato scribens in textum illum divini eloquii Lib. I. Sacræ Geneſeos insinuaturn. *Germinet terra herbam virentem. Ait enim Terram esse Virginem, quæ ad instar terræ medicinalis germinavit Salvatorem.*

(46)  
De Actib. A. 1  
post. cap. 3.



( 47 )  
Ecclef. 38.

*Eandem Virginem Terram illam esse dixit Sapiens ( 47 )  
Abissimus de Terra creavit Medicum, nempe Christum  
Medicum, & medicinam animis, corporibusque salutarem,  
subaudi MARIAM.*

XXXII. Mulier Raiffinbergensis e Domourgenti de cau-  
sa egressa, infantem suum tota cum sollicitudine dome-  
sticis custodiendum commisit. Verum ad eam reversa præ-  
ter omnem expectationem puerulum in igne sese volutan-  
tem reperit, & confestim in eum irruens extraxit, eodem-  
que tempore ad communem omnium Dominam, supremi-  
que Medici Parentem magnis gemitibus pro recuperanda  
prole supplicabunda accurrit, cujus clementissima demum  
ope sicut exanimata, & pene mortua revixit, ita succes-  
sente insensibiliter adulta carne plene convaluit. Exclama-  
re hic libet; o benignitatem Virginis singularem! quam  
quoad vixit, pia Mulier devote celebravit. Quamobrem Se-  
raphicus Bonaventura paucis multa beneficia Virginis com-  
plexus est, dum Psal. 13. cecinit: *Tuo tactu lenissimo sa-  
nantur infirmi; Tuo odore roseo mortui reviviscunt.*

( 48 )  
Orat. 2. de  
Dorm. Dei-  
paræ.

( 49 )  
Orat. 1. de  
Nat. B. V.

XXXIII. Ob hujusmodi porro Virginalis clementiæ  
tam mirificos curationum effectus Sanctus Joannes Dama-  
scenus ( 48 ) *Abyssum gratiæ, curationum pelagum, & ( 49 )  
miraculorum abyssum, Fontemque universo Orbi medicinam  
afferentem* appellavit, unde salutarium charismatum dona  
jugiter in filios Adæ promanant, ita ut sicut nullum pecca-  
torem deserit, ita etiam desperatos colligit, & ab ipso de-  
sperationis baratro pia manu retrahit.

Didicit hoc experimentalis argumento Mulier cujusdam  
Viri ex Sancto Daniele Vippacensis Territorii; hæc nam-  
que ( jure jurando attestante eodem Viro suo ) licet fre-  
quenter internis, piisque motibus spatium annorum duodecim  
indelinenter stimularetur, ut ad effusissima Virginis Mon-  
tis Sancti pietatis viscera confugeret pro consequendo ægro-  
tantis animæ suæ medicamento, at obduratis auribus cor-  
dis sui nunquam potuit ad id commoveri, donec tandem  
gravi artuum dolore pressa, pedumque exinde contracta clau-  
dicatione necessitate compulsæ ad visitandam Almam hanc  
ejusdem Domum sese resolverit, quam dum ingreditur, spi-  
rituali horrore perculsa, assiduis gemitibus deplorat vecor-  
diam, & duritiæ animi sui, eandemque obtestatur, qua-  
tenus tam animæ, quam corporis integritatem concedere  
dignaretur

dignaretur . Præbuit humiliter exoranti peccatrici Alma Mater viscera miserationum suarum , eujus virtute attracta , membra nativæ firmitati , & usui reddita fuere , & Die 30. Augusti Anni paulo supra recensiti Marianæ potentia magnalia summa cum gratiarum actione deprædicavit . Audi Sanctum Bonaventuram ( 50 ) *Nullum piissima Virgo desertum abhorret , nullum peccatorem despicit , sed quocumque pertransierit ille , suavissimum spei venia fumum respergit .*

( 50 )

XXXIV. Rem præterea sane memorabilem eodem Mense & Anno alius Virginæ hujus Sodalitatis Orator Vippacensis Parochiæ , & Pagi Samarientis de se ipso testatam , fastisque Marianis omnimode inscriptam esse voluit . Et si enim hic jam ab Annis quinque gravia turbatæ mentis sentiret incommoda , & majora indies hinc inde discurrens coram proderet insanis suæ discrimina , ita ut paternis ædibus inclusus , lectoque diu alligatus arctam cogèretur in summa miseria sustinere custodiam ; lucidis nihilominus aliquando faventibus intervallis solitus erat pia erga Matrem Sanctissimam Montis Sancti , ut ipse retulit , doloris simul ac amoris edere suspiria . Nacta tandem occasione extemplo e strato prosiliens insciis domesticis fugam arripuit , & celeri passu ad dulcissimum convolvavit præsidium ejus , quæ *Templum misericordiae Dei* a Sancto Augustino ( 51 ) vocatur , ubi ante Iconem Deiparæ miraculis claræ venerabundus prosternitur , clementissimamque ejus intenta supplicatione opem reposcens , ingentidemum adstantium stupore perfectam utriusque hominis festinanter sortitur tranquillitatem . Unde intelligens quidam Virginis devotus , quod ad sublevandas mortalium miseras facta potissimum sit Mater misericordiae , simplici , sed veridico stylo recte ad propositum cecinit apud Richardum a Sancto Laurentio . ( 52 )

( 51 )

Serm. 2. de Assumpt.

*Festina miseris misereri Virgo Beata ,*

*Nam te , si recolis , miseri fecere Beatam ,*

*Ergo bea miseros , quorum Te causa beavit .*

( 52 )

Lib. 4. de Laud. Virg.

XXXV. Pari devotionis affectu ad Virginalis ejusdem Matris fontem pietatis , quam etiam *periclitantium Opiulatricem* ( 53 ) Sanctus Ephræm , & *umbraculum infirmorum* Beatus Albertus ( 54 ) appellare consueverant , confugerat alius Mariæ Cliens , cujus intercessione filium suum copiosissimo sanguinis fluxu animam agentem salvum accipere promeruit . Quamobrem Mense Septembri anni ejusdem cum eo votivas

( 53 )

Serm. de Beata Virg.

( 54 )

Tract. super Missus est.

( 55 )  
Serm. 2. post  
Domin. E-  
piph.

Sospitatrici Augustissimæ cecinit laudes. Hinc Sanctus Bernardus (55) *Ipsa dico vobis charissimè, si pie a nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & Mater misericordiæ.*

( 56 )  
Lib. de Re-  
th. Divina  
cap. 18.

( 56 ) XXXVI. Celebre etiam fuit beneficium illud, quod meritis ejusdem in acceptis retulerunt Parentes respectu agonizantis filii sui; adeo namque acutissima vi morbi aggressus decubuerat, ut eum plane ad portas mortis deduxerit; gratia tamen interpellationis Magnæ cœlorum Reginae haud inaniter implorata, cujus benignissima humilitas nullum unquam deprecantem quantuncumque peccatorem despexit, ita convaluit, ut redditori in hac sacra ejus Domo ea, quæ Domino votive promiserant, coram magna populi frequentia intento digito ostenderint, firmissimum sanationis obtentæ donum de manu ipsius duntaxat misericorditer processisse. Quare Guillelmus doctissimus simul ac piissimus Parisiensis Episcopus (56) pietatis ardore exestuans in Deiparam clamitabat: *An poteris denegare peccatoribus interpellationis Tuæ gratiam apud benedictum, ac semper, & ubique benedicendum Deum, ac Dominum nostrum JESUM Filium tuum? An falso, & inaniter vocat omnis Ecclesia Sanctorum Advocatam suam, & miserorum refugium? Absit hoc a Matre Dei, quæ fontem pietatis toti mundo peperit, ut cuiquam miserorum suæ misericordiæ subventionem unquam deneget.*

( 57 )  
Lib. 4. de  
Laud. Virg.

( 57 ) XXXVII. Quibus profecto argumentis luculenter demonstrat idem Guillelmus, quod si quis videlicet in aliqua miseria, aut calamitate constitutus ardenti pietatis affectu utatur, fieri non possit, quin Matris Dei præsentissimum misericordiæ auxilium sit habiturus, reque ipsa experturus in illa vere cœli, terræque delicias purissimas reperiri, quascunque sibi imaginari possunt mortales, vel solam ipsius jucundissimam recolentes memoriam. Adeo ut verissime idem Richardus a Sancto Laurentio (57) dixerit, illam alloquens:

*Omnis dulcor amarescit.*

*Reprobatur, & sordescit.*

*Tuum prægustantibus.*

( 58 )  
In cap. 6.  
Cantic.

( 58 ) XXXVIII. Et quia Hugo Cardinalis aperte contestatur quod ad solam MARIE memoriam Dæmones contremiscant, eamque omnino sustinere minime possint, atque quidquid a Deo pro peccatoribus petit, impetret, ita ut propterea celestis Salomon dixerit (59) *Pete Mater mea, neque enim*

( 59 )  
Lib. 3. Reg.

est fas ut avertam faciem meam. Quare hisce similibus & aliis pluribus de hac Mariana Basilica Parens cujusdam puellæ malignis spiritibus vehementer exagitatae edoctus argumentis una cum Filia sua ad ejus refugium properavit. Verum licet benedictionibus, validisque exorcismis, ut ab illa tartaræ potestates recederent, fuissent adstricti, irrito tamen aliquandiu conamine ob modicitatem forte fidei, & fiduciæ, quæ utique in quærentibus a Deo sanita- rem necessaria dignoscitur juxta illud ( 60 ) *creditis quia hoc possum facere vobis*: Illis vero consensum præbentibus & fidem elicientibus liberaliter sanitatem largitus est eis Dominus, dicens: *secundum fidem vestram fiat vobis*. Firmam proinde & filia fidem pari studio in Deum concipiens suafu cujusdam Religiosi, & Sacerdotis exorcistæ, pie MARIÆ nomen invocavit, cujus imperio protinus fuere in fugam conversæ, & puella pristinae quieti, ac libertati restituta. Quare jure merito Seraphicus Bernardinus de Bultis Nomen hoc Augustissimum tonitruo, & fer- reæ clavæ (61) comparavit. Interpretans enim illud Balaam vaticinium (62) *Consurget virga de Israel, & percutiet Du- ces Moab, vastabitque omnes filios Seth*, sequentia atte- xit: *Hujus Virgæ nominatio, salutatio, & laudatio est Dæmonibus valde terribilis. Quando enim audiunt Bea- tam Mariam Virginem nominari, ita est, ac si sentirent clavam, qua percuterentur.*

XXXIX. Ceterum inter alias quas Mons iste Sanctus Deo ipsum glorificante sibi vindicat prærogativas illa cen- setur, quam omnes una voce consententur unanimes, hi potissimum, qui a Spiritibus immundis vexati ad eum con- fugiunt, & Coronata Dei protegente Parente liberantur, quæ verticem ipsius e millibus unum sub titulo gloriosis- simæ apparitionis suæ gratiarum suarum fluentis tœcunda- re dignata est, ut cap. 2. sub num. 2. succincte memini- mus, & Dæmonibus ipsis præsertim terribilem red- didit.

XL. Clamant hoc ipsum tot votiva anathemata, atque frequentissimus quotannis concursus personarum obsessarum adeo studiose incumbentium Sanctitati loci ejusdem pro adipiscendo liberationis raris exemplis probato remedio ab eadem Dei Genitrice, quæ a Sanctis Angelis ( 63 ) *Ter- ribilis ut Castrorum acies ordinata* tantopere prædicatur

( 60 )  
Matth. c. 9.

( 60 )  
Matth. c. 9.

( 61 )  
Par. 11. Ma-  
rial. ser. 1. de  
Assumpt.  
( 62 )  
Numer. 24.

( 63 )  
Cant. 6.

( 64 )  
Serm. de Af-  
sumpt.

ex eo nimirum prout explicat Cardinalis Petrus Damianus ( 64 ) quia : *Terribilis est Dæmonibus, ordinata virtutibus, singularis timor malignorum, spirituum, specialis amor Civium beatorum.*

( 65 )  
M. d. n. M.

( 65 )  
Art. 21. in  
cap. 6. Cant.

XLII. Quis igitur quæso in dubium revocabit, quin mox tartaræ illæ phalanges inaudito duntaxat Augustissimo, & terribili ejus *Nomine* statim horribili terrore quatiantur, & ita contremiscant, ut ab imis sedibus convulsæ confestim iterum retrocedant, & ad tartaræ habitacula relegentur.

( 66 )  
Part. I. de  
Ist. 1. de  
A. d. n. M.  
( 66 )  
N. d. n. M.

XLII. Quamobrem amplius circa hoc audiendus est ju. re merito Dionysius Carthusianus ( 65 ) qui attentius expendens paulo ante recensitum illud Angelicum eloquium præclare admodum argumentatur dicens : *Terribilis es Beata Virgo instar acierum, ac exercituum Angelicorum Spirituum, qui castra Dei vocantur. Gen. cap. 39. Metuenda es o potentissima Universitatis Regina Angelis rebrarum, & omni altitudini contra Deum se extollenti. Tu enim multo sublimius, imperialius, gloriosius reprimis, & coerces aereas potestates ab impugnatione, & infestatione militantis Ecclesiæ. Tandem concludit : Quantum formidant superbissimi illi tuam profundissimam humilitatem, sic & mansuetissima tua dulcedo, ac dulcissima mansuetudo amarissimos Spiritus illos, in quibus prædominatur amens furor, irrationabilis concupiscentia, & proterva phantasia, vehementer excruciat, & contorquet. Hactenus ille perpulchre ad nostrum intentum.*

XLIII. Efficacissimam denique hujus rationem assignat Guillelmus Episcopus Parisiensis citatus supra num. 35., cur infernalibus illis larvis, ac geniis Virgo Sanctissima evaserit tam horribilis? Respondet: quia nimirum sciunt esse Genitricem Triumphatoris illius, qui illam ad eminentissimam divinæ Maternitatis dignitatem evexit, qua sane omnis eorum virtus fracta, atque elumbata remansit.

( 66 )  
Lib. 7. mira-  
culorum c. 1.

Claudivo igitur agmen prodigiorum, & Marianarum gratiarum, quas in præsentī capite enarravimus, plures ( ne longior hic sim, & alienus a conceptæ brevitatis instituto ) in sequenti allaturus cum Cæsario ( 66 ) qui de Matris Dei laudibus agens, brevissimo compendio plurima est complexus : *ipsa est, ( ait ille ) Orbis conservatrix, & tribula.*

bulatorum consolatrix, fida sibi famulantium defensatrix, per ipsam peccatores illuminantur, desperati ad Confessionem reparantur, Apostatae a Deo per ipsam Deo mirabiliter conciliantur, justis revelationibus consolantur. Nomen ejus, & memoriale ejus morbos sanat, Dæmones fugat, vincula solvit, timores pellit, tentationes compescit; per illam pusillanimes confortantur, torpentes excitantur, ejecti misericorditer revocantur, diligentes se diligit, imo diligendo praevenit, & honorat, & contemnentem se, quia justa est, punit, & humiliat. Apud ipsam electuaria sunt confortativa, unguenta sanativa. Nomen ejus super mel dulce, & hereditas ejus super mel, & favum, morientibus assistit, & mortuorum animas ad vitam perducit aeternam.



## CAPUT OCTAVUM.

*Alia rursus ejusdem Dispensatricis cęlestium thesaurorum , et Marianę glorię miracula proponuntur.*

I. **I**mmensitatem misericordię , & pietatis per quam universaliter, Deipara nostra, & coronata cęli, terręque Regina largissima benignitate complectitur omnes æque justos, ac peccatores calamitatibus hujus mundi undique circumdatos attentius considerans S. Bernardus ( 1 ) eandem quatuor illis dimensionibus insignitam observavit, quas Apostolus Paulus in charitate divina cui Alma Mater fuit simillima reperit, dum ( 2 ) ait: *In charitate fundati ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quę sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.*

II. Ut vero amplius ostenderet Virginalem pietatem ejus cum divina participare, illam inscrutabilem, atque investigabilem esse asserit, prout idem Apostolus Dei judicia appellavit. *Quis ( exclamat pientissimus hic Deiparę ipse lacte nutritus Filius ) Quis misericordię Tuę o Benedi. Eia longitudinem, & latitudinem, sublimitatem, & profundum valeat investigare? Ac si diceret, nullus.*

III. Propterea Doctor Seraphicus Bonaventura ( 3 ) eandem etiam reperiens dimensiones in Virginis nostrę illimitata erga humanum Genus misericordia concludit: **MARIAE** Misericordiam esse prorsus divinam, cum sit immensa, nec ab ullo dimetiri, nisi ab ipso rerum omnium Creatore possit: ait namque loco citato, ubi de plenitudine gratię differit: *Quis hujus cęli altitudinem, quis hujus terrę latitudinem, quis hujus abyssi profunditatem, quis inquam MARIAE immensitatem dimensus est nisi ille solus, qui ipsam non solum in gratia, & in gloria, sed etiam in misericordia tam Altissimam, tam latissimam, tam profundam operatus est?*

IV. Etenim altitudo ejus cęlos attingit, & effusissima pietate sua miseros mortales pondere peccatorum, & mundanarum ærumnarum in terram depressos in cęlum attollit,

( 1 )  
Serm. 4. de  
Assumpt.

( 2 )  
Ad Ephes.  
cap. 3. vers.  
17.

( 3 )  
In Speculo  
cap. 5.

lit, iisdemque velut Clavis Regis Davidis portas Cœlestis Paradisi referat, ut proinde de illa dici possit, quod de ejus Filio pronuntiavit Joannes (4) *babet clavem David, aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* (4) Apocal. c. 3

V. Latitudo ipsius tanta est, ut totum Salomonis Templum imo Ecclesiam universam circumdederit, egregium illi ornamentum, venustatemque tribuendo; & velut vitis aurea manu Dei in ejus viridario plantata, tantopere dilatata, atque amplificata extat, ut florum suorum suavitate, fructuumque ubertate totam faciem terræ renovaverit, repleveritque: *Ego quasi vitis ( sic de se ipsa testatur ) fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis (5) & quia percipit dulcedinem illorum singulis communicare, cunctos pariter ad se benevolentissime invitat. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini.* Quale ergo Deus immortalis! Cor Virginis nostræ, quam latum, amplumque esse debuit, quæ pro totius mundi salute specialiter a Deo est condita. Præclare hoc argumentum paucis perstringit Sanctus Damascenus (6) ubi eam sic alloquitur: *Non tui ipsius causa o Virgo progenita es, sed ut Orbis universi saluti admissam te præberes.* (5) Eccl. cap. 24. (6) Orat. 1. de Nat. B. Virg

VI. Longitudo quoque Virginalis Misericordiæ, ac pietatis ejusdem talis est: ut citatus Divus Bernardus eam extendat relate ad salutem generis humani invocantibus illam ad novissimum usque diem non solum judicii universalis, sed & particularis, quod fieri consuevit in cujusque hominis morte, ubi primum anima exhalatur, in quam fidam, pietatisque plenissimam fidelibus devotisque suis navare solita sit operam Sanctus Bonaventura (7) Psalmo ad hoc declarandum peculiariter composito nos edocet, dum eam magno pietatis sensu sic alloquitur: *In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi Domina, & suscipe eam. Consolare eam vultu Sancto tuo, aspectus Domini non conturbet illam. Esto illi scala ad Regnum Cœlorum, & iter rectum ad Paradisum Dei. Impetra illi a Patre indulgentiam pacis, & sedem lucis inter Servos Dei. Sustine devotos ante tribunal Christi, suscipe causam eorum in manibus tuis.* (7) Psal. 113.

VII. Hanc porro protectionem in hora mortis Deiparæ clementissimæ agnoscens Ricardus a Sancto Laurentio, (8) enar.



( 8 )  
Lib. 2. de la-  
ud. Virginis.

( 8 ) enarratis prius mirabilibus ejus memorabilem illam pronuntiavit sententiam, & conclusionem: *Quis enim (inquit) apud Filium accusare audeat illum, cui Matrem viderit patrocinantem? & si MARIA pro nobis, quis contra nos, & si ipsa est, quæ justificat, quis est, qui condemnet?* Subjungit denique Idiota Sapientissimus ( 9 ) de benignitate Virginis, ac pietate in placando irato Filio suo in Die judicii, *sæpe quos justitia Filii potest damnare, Matris misericordia liberat, quia Thesaurus Domini est, & Thesauraria gratiarum ipsius.*

( 9 )  
In prolog.  
Contempl.  
de B. V.

VIII. Profunditatem tandem Advocatæ, & Coronatæ Reginæ nostræ si spectemus, inquit S. Bernardus, quod sedentibus in tenebris, & in umbra mortis Redemptionis illius adminiculo obtinuerit. Tantaque præterea sit, ut ad ipsum terræ centrum, ad Purgatorium, ad inferos usque peringat, ac penetret, animasque illas teterrimis carceribus detentas, acerbissimisque pœnis cruciatas præsentia sua Angelorumque ministerio blandissime consoletur, ut verum sit illud, quod ipsa de se pronuntiavit ( 10 ) *Profundum abyssi penetravi.* In quæ verba scribens Sanctus Bernardus Senensis ( 11 ) ait: *Beata Virgo dominatur in Regno inferni. Non enim tantum dominatur Dæmonibus, qui in ipsius inferni superficie sunt, nec tantum mediocribus; qui quasi sunt in medio, sed iis maxime, qui sunt in profundo. Unde non ait: Penetravi superficiem, seu medium, sed profundum abyssi. Proinde competit ei Nomen Domine: Domina enim vel Dominus dicitur quasi domans manus, quia ipsa domat Dæmonum manus, ac potestates, ne nimirum in animas ad libitum sævire possint.*

( 10 )  
Eccl. 24.  
( 11 )  
Serm. 3. de  
Nomi. Ma-  
riæ art. 2.  
cap. 2.

IX. Atque adeo ita Virgo nostra signa quædam ac miracula suæ misericordiæ edit, non modo in excelsum supra nobis portas referando Cœli, verum etiam in profundum inferni. In cœlo inquam, & in excelsum supra signum, ac miraculum est nostræ exaltationis, & gloriæ. In inferno vero deorsum prodigium nostræ liberationis, & veniæ esse gloriatur. Et hanc ob causam illam Sanctus Ignatius Martyr Cœleste prodigium Sacratissimumque spectaculum appellavit, quæ toti humano generi longitudinem profusissimæ suæ misericordiæ ad extremum usque Judicii diem perduraturæ se ostensuram benignissime adpromisit; ita ut de profunditate pietatis illius vere canere possimus, quod de Divina

vina Regius Pfaltes ( 12 ) pronunciavit . *Secundum altitudinem Cœli a terra corroboravit misericordiam super timentes se : quantum distat ortus ab occidente , longe fecit a nobis iniquitates nostras.* ( 12 )  
Pfal. 102.

X. Consideratis igitur præliminariter Cunctipotentiæ Dei paræ nostræ quatuor paulo ante recensitis dimensionibus , animum , & calamum nunc convertimus ad explicanda appropriatis exemplis , & gratiis in præsentî capite quantum fas erit imbecillitati humani intellectus uberiora Marianæ gloriæ prodigia , vereque aurea misericordiæ ac pietatis suæ opera tam spiritualia , quam corporalia , quæ ex iisdem velut ex quatuor fontibus capitalibus perenniter effluunt , quæque prout ex constanti traditione , & Christi fidelium jugi confessione luculenter constat , interventu Coronatæ Reginæ nostræ operari dignatus est Dominus sibi ad hunc effectum ab eo facta potestatis plenitudine , longe lateque majori præ omnibus Sanctis , & electis Cœlestis Jerusalem.

XI. Nec mirum ; si enim ut argumentoso sane discursu apposite declarat Sanctus Basilius : ( 13 ) si inquam Deus variis Sanctis virtutem hujusmodi etiam modo illis suis in tumulis delirescentibus contulit , majorem longe suæ pientissimæ Genitrici contulisse credendus est . Audiamus ergo tanti Præsulis verba : *Quis magnam Dei Genitricis virtutem non veneretur ? Quis quanto eos omnes intervallo post se relinquat , quos Deorum loco habemus , non miretur ? Si enim Christus servis suis tantam gratiam contulit , ut solo contactu , imo vero sola corporis umbra ægris præsidium afferre possent . Qualem vim adversus omne morborum genus Virgini Mari collatam esse putandum est ? an non majorem multo , quam ceteris Christi imperio subjectis ? omnino res clara est . Et paucis interjectis . Quod si talibus tanta miracula patrandi virtutem Deus contulit , qualem educationis mercedem Parenti donasse , quantisque charismatis , ac donis illam exornasse existimandum est !* ( 13 )  
Orat. de Annunt.

XII. Quamobrem si omnia illa , quæ hæc Virgo Deipara in hominum utilitatem , & emolumentum aliquando contulit , enarrare attentarem , dies me plane deficeret , pauca igitur ad servandam historici hujus opusculi seriem hic saltem attexere libeat succincta methodo ne alienus sim a con-  
cepto brevitatis instituto , quæ infructuoso præterire silen-  
tio

tio nefas præterea videretur . Unde sequentia subjungo .

XIII. Permolesta sat longo tempore Anno 1734. instabatur ægritudine in Monasterio Michelstadiensi situato in Carniolæ districtu Ordinis Sancti Dominici Religiosa Domina Maria nata Comes a Lichtemberg Vicaria ejusdem Sacri Deo contempto mundo propter JESUM famulantium Virginum Cœnobii, ita ut sensim omnibus profus destituta sensibus, extrema jam unctiōe delibuta animam ageret. Videns igitur Reverendissima ipsius, & loci Superior nullum amplius contra vim lethalis hujus morbi in humanis reperiri antidotum, idcirco divina erga Sororem suam agonizantem inflammata charitate studiosissime ad sinum Beatissimæ Virginis Montis Sancti (quam noverat miraculorum fama percelebrem) deprecabunda recurrit, adpromittens votivam per substitutam personam Sanctæ Ædis suæ peregrinationem, si ab apertissimo mortis discrimine eriperetur. Et ecce paulo post infirma, quæ mortua ferme credebatur, continuo cœpit ad vitam respirare, claraque voce Superiorem ad se advocat velut testem subitanæ convalescentiæ: sicut ergo eventus isthic admirabilis cor ejusdem Superioris totiusque illius Monastici cœtus mira lætitia, ac consolatione repleverat, ita laudes Divinæ Parentis, & vitæ auctricis una cum exacta voti satisfactione festivis plausibus omnes una voce celebrarunt.

Quis ergo in omni sua necessitate, egestate, atque occurrentibus ærumnis ad ejus amplissimum misericordiæ sinum non recurrat? cum ipsi, ut loquitur Religiosissimus Thomas de Kempis (14) *Cura sit de egenis, & de contemptoribus mundi, & de contemptis in mundo propter JESUM, & Evangelium Regni ... Non est (pergit ille) tutior locus ad latendum, quam sinus MARIÆ ... ibi pauper habet domicilium, ibi infirmus invenit remedium, ibi tristis accipit solatium, ibi turbatus meretur consilium, ibi destitutus acquirit juvamen.*

XIV. Hunc ipsum Clementissimæ Virginis degustavit dulcedinis spiritum Andreas Urshizh Vippacensis. Hic etenim peracta jam Sacramentali in hac Alma ejusdem Basilica confessione testatum in verbo veritatis reliquit, se nempe eodem Anno continuis octo mensibus febrili æstu, & mœrore propemodum consumptum fuisse, sed neque quod ab eo probatis jam opportunis pharmacis liberari unquam potuerit,

( 14 )  
Serm. 5. ad  
Novit. part.

3.

rit, nisi post nuncupatum a se devotæ visitationis votum, quod & fideliter 6 Junii adimplevit. Ut vero hoc singularissimum sibi ab eadem collatum sanitatis beneficium cunctis Christi fidelibus innotesceret, ardentissimis votis postulavit, quatenus e suggestu promulgaretur. Unde Sanctus Joannes Damascenus studiosissimus Virginis Cultor ( 15 ) eam familiarissime alloquens medullitus dicere solebat : *Cum Gabriele Angelorum antesignano exclamemus : Ave gratia plena : gaude inexhaustum gaudii pelagus . Gaude unica mæroris obliteratio . Gaude pharmacum dolorem omni pectore propulsans . Gaude Virgo per quam mors submovetur , & vita importatur . Hæc est ,* subjungit Beatus Petrus Damianus ( 16 ) *quæ vestris affectibus suaviter indulcescit , quia magna multitudo dulcedinis ejus . Spiritus ejus super mel dulcis , in qua dulcis Dominus cum omni sua dulcedine supervenit .*

( 15 )  
Serm. de  
Annunt.

( 16 )  
Serm. 1. de  
Nativ. B. V.

XV. Ad ejusdem suavissime Virginis protectricem, & omnipotentem manum, de qua dici potest illud ( 17 ) *Victtricem manum tuam laudaverunt pariter*, eodem Anno confugerat Marcus Bestendiak ex Raiffenbergo, qui fiducialiter invocato, & nunquam deficiente in humanis periculis ejusdem Materno auxilio, filium, quem unicum adhuc superstitem habuit, fortuito in lacum prolapsum, quemque jam submersum deplorabat, confestim super aquas natantem in occursum Parentis videre, & salvum accipere meruit. Quis propterea fiducia plenus, ut ille in Virginem nostram Sanctissimam cum Regio Propheta ( 18 ) non oret ad Dominum : *Fiat manus tua , ut salvet me ,* & ( 19 ) *Emitte manum tuam de alto : & libera me de aquis multis .* Hæc certe est Omnipotentis Dei manus ; quæ unumquemque Virgini devotum protegit ; unde hujusmodi gloriari merito potest : *Sub umbra manus tuæ protegit me .* ( 20 )

( 17 )  
Sapient. 10.

( 18 )  
Psal. 118. 19.

( 19 )  
Psal. 143.

( 20 )  
Isaïæ 51.

XVI. Anno 1735. Marina Fiegl ex communitate Sancti Mauri prope Salcanum prægnantem gestabat uterum, paucisque ab editione partus diebus distabat. Mane surgens e strato inquietum pecudis sentit tumultum, cujus rei causa ad stabulum sese contulit, januam ejus aperit licet non absque deplorabili suo detrimento ; quandoquidem subito ferox taurus adeo vehementi in eam impetu profluit, ut clausum in utero infantem peremerit. Pluribus diebus Ma-

tris uterus vivum necatæ prolis extitit sepulcrum, nec ul-  
 li prorsus funesti hujus excidii causam patefacere voluit ina-  
 ni seducta timore; donec in gravem incidit morbum, qui omnem recuperandæ sanitatis spem e medio sustulit.  
 Advocatur proinde loci Curatus Reverendus Dominus Pe-  
 trus Pinter, præsto hic adfuit, verum ob defectum periti  
 Chyrurgi aut alterius humani succursus Ecclesiæ Sacramen-  
 tis jam refectam pia exhortatione induxit, ut spem firmam  
 erga Magnam Gratiarum Matrem Montis Sancti morbo-  
 rum incurabilium saluberrimam medicinam erigeret. Paret  
 misella, tenerrimoque affectu Augustissimum Nomen ejus  
 invocat, votoque peregrinationis sese obstrinxit. Schedam  
 præterea Virginis sine macula conceptę nuncupatam su-  
 mendam ei sollicitus Curatus præbet, qua accepta, in ex-  
 tremum incidit deliquium, ita ut nullum amplius vitę li-  
 gnum ederet, & consequenter e vivis sublata omnino cre-  
 deretur. Quare brevi de more peracta Oratione pro ani-  
 mæ refrigerio Spiritualis Minister domum revertitur, sed  
 vix dum ad limina ejusdem appropinquasset: audit cla-  
 mantem Obstetricem, & dicentem: Domine puerpera in-  
 fantem mortuum ea facilitate qua vivum concepit, enixa  
 est nonnisi per intercessionem magnæ divinæ gratiæ Ma-  
 tris Montis Sancti. Accurrit Curatus, & Matrem ad vi-  
 tam revocatam intuetur, quæ promissionis suæ haud im-  
 memor concomitantibus præ lætitia lacrymarum rivulis eam  
 adimplevit, seriemque hujusmodi portentosi eventus jura-  
 mento firmavit. Recensitus vero Reverendus Dominus,  
 ad perennem ejusdem Thaumaturgæ gloriam testatam esse  
 voluit propriæ manus subscriptione, & attestatione teno-  
 ris sequentis.

*Affirmo fide Sacerdotali quod supra.  
 Presbyter Petrus Pinter Curatus  
 manu propria.*

Optime ergo de Virgine nostra Sanctus Germanus Pa-  
 triarcha Constantinopolitanus ad intentum . . . . *Quemad-  
 modum continua respiratio non solum est signum vitæ, sed  
 etiam causa: sic Sanctissimum MARIE NOMEN quod  
 in ore fervorum Dei assidue versatur, simul argumentum  
 est, quod vera vita vivant, simul etiam hanc ipsam effi-  
 cit*

cit, & conservat, omnemque lætitiã, & opem ad omnia impertitur.

XVII. Alia simili modo ex Oppido Territorii Vippanensis Duple dicto, dum in Vineis die quadam rusticanis laboribus occuparetur, gravibus eodem in loco derepente partus doloribus aggressa solitaria ab omni humano elongata auxilio humi volutabatur. Hisce ergo angustiis tota desolata a Thaumaturga Montis Sancti Domina quæsit confugium, prolemque mox quidem in lucem edidit, sed respicio destitutã, & subnigro colore in facie præsertim rabidã, quam porro mortuã credidit. Quãobrem plena iterato cum spe manu eã arripit, verrensque se ad dexterã partem versus nempe hunc Sanctum Montem prolem materno ejusdem obtulit patrocinio, & ut vitam restitueret suppliciter exoravit. Miranda sane res! & singulare divinæ providentiæ argumentum! accidit namque, quod eodem tempore Romipeta quidã professione Chyrurgus viã vicinã vineæ, in qua puerpera jacebat, pertransiverit, qui audiens ejulatus ejus accurrit, infantemque necdum mortuũ, sed absque respicio hærentem reperit, & per sufflationem, prout hujusmodi partus humanos juvari posse intellexerat, depulso flagitioso colore, vividum Matri restituit, & hæc demum Almæ Virgini Gratiarum dispensatrici summas quas potuit, laudes cecinit. *Optima sane* ( 21 ) inquit Divus Petrus Damianus *spes est apud* ( 21 ) *MARIAM habere confugium, quæ scilicet inter omnes Cœ-* Lib. 6. Epist. *lestis Curie Senatores impetrandi apud Deum primum locum* 29. *obtinet.*

XVIII. Eodem Anno. Primus Lash ex Parochia Comen filium suũ ætatis annorum quindecim Jacobum fortuita ægritudine, quæ indies augebatur, ita ut ob ejus vehementiam morti proximus judicaretur, ingemiscebat. Optimum proin fore censuit ad commune omnium Virginis nimirum Sanctissimæ nostræ præsto recurrere subsidium, quod, & præstitit, & dum devotã Mariani delubri ipsius advovisset visitationem, eã ipsa Die ægrotus filius manifesta signa suæ imminentis reconvalescentiæ persentit, brevissimoque tandem tempore sanitati plene restitutus fuit. Parens quod voverat, reddidit, prostratusque ante Thronum misericordiæ munificentissimæ Opitulatricis suæ altis gemitibus in conspectu plurium Parochianorum acceptæ vale.

( 22 )  
In Ep. Tom.  
4

valetudinis donum magnificavit . Perbene igitur ad intantum Joannes a JESU Sacri Ordinis Carmelitarum ( 22 ) Gloriosissimam Dei Parentem filiali teneritudine alloquens fermocinatur : *Peneste o MARIA sunt claves thesaurorum dilectissimi Filii tui, potesque, ut libet aperire, ditareque inopes Adæ filios, qui prostrati ante te altis valde gemitibus implorant misericordiam tuam, quæ non habet finem, o munificentissima dispensatrix.*

XIX. Pari cum felicitatis omine ad Mariani Templi hujus gratiarum cœlestium salubrem aquæ ductum corde, & animo accessit Jacobus Turkh ex Vicaria Vippacensi Divi Jacobi . Hic etenim tumefacti jam pridem sinistri pedis sui miserandam conditionem deslebat, ob quam pluribus mensibus ad lecti custodiam fuit adstrictus . Tumor ejus demum in tabidi sanguinis profluvium nervorum inter compages resolutus jacturam amittendi pedis indubie minabatur ; ad quam evitandam ad fontem pietatis, & Majestatis Deiparæ hujus pro gratia reintegrationis properavit, hocque pacto ab eo instanti saniei fluxus cœpit cessare, & tumor evanuit ; Qui clauso ex se vulnere, nullo adminiculo ad gradiendum suffultus divinæ Benefactrici suæ grates debitas persoluturus eodem Anno Die Divo Bartholomæo Sacrata Montem conscendit . Unde Sanctus Bernardinus ( 23 ) exclamat dicens : *Quanta mundo contulisti, quæ tam salubris aquæ ductus esse meruisti ; quia sicut fons per subterraneos meatus semper recipit aquam, & semper refundit, sic Beata Virgo aquas gratiarum, quæ a Christo ad ipsam, & ab ipsa ad nos fluunt impetu de Libano, idest de candore benignitatis utriusque.*

( 23 )  
In Deprecat.  
ad B. V.

XX. Sed nec minus contulit Magdalenæ Goriub ex Caffio profluvio sanguinis biennio debilitatæ, & extreme decumbenti votiva ministerio Mariti sui Valentini cum reverentia, & devotione possibili facta supplicatio . Proficiscitur igitur ille proprio, & uxoris nomine ad Montem Sanctum, assiduisque precibus provolutus ad Aram Beatissimæ Virginis conjugem suam commendat, atque Sacrificium imperatorium Altissimo offerri curat . Nec spe sua frustratus ; nam domum rediens, eandem incolumem, hilarem, & primævæ sanitati donatam reperit . Propterea ambo simul ad rependendas pro viribus gratias huc convolarunt, & jurate seriem percepti beneficii in præsentia plurium testium depo-

deponentes Sospitaticem suam salutarunt : *Exultate justi in Virgine MARIA , & in reſtitutione cordis collaudate eam , accedite ad eam cum reverentia , & devotione , & delectetur cor veſtrum in ſalutatione ejus* Sanctus Bonaventura . ( 24 )

( 24 )  
In Pfal. 32.

XXI. Poſtquam Maria Poſtrikouka ex Parochia Privazina titulata filiam ſuam Urfulam ætatis Annorum quatuordecim ad viſitanda Sacra limina ter admirabilis hujus Virginiſ conduxiffet, domum feliciter cum ea revertitur . Verum paulo poſt Urfula in graviffimum morbum cum intenſiffimis caloribus conjunctum incidit, adeo quod octava die Sanctiffimis munita Sacramentis animam jamjam agere videretur . Valde obinde contriſtati Parentes ſalutare e Cœlo ( ſiquidem ſubſidium aliud non ſuppetebat ) quærunt remedium, filiamque tota cordis teneritudine cunctipotentis Virginiſ devovent patrocinio . Nec ſprevit vota ſupplicantium piiffima Mater , quandoquidem ægrotæ Filia, quæ neutrum ex genitoribus ob morbi violentiam amplius noverat , ſtatim clara voce Matrem ad ſe advocat , accurrit & Pater : & uterque ſanam intueri meruit , hocque grande beneficium, quod in acceptis Matri miſericordiæ retulerunt coram teſtibus Joanne Gregoritch, & Terelia Zornin jurejurando hic conſeſtati fuere . *Specioſa eſt MARIE miſericordia* ( ita ſolamine pleno argumentatur eloquio Richardus a Sancto Laurentio ( 25 ) ) *ſicut pluvia tempore ſiccitatis . . . .* *MARIA naturaliter clemens , & miſericors eſt , unde ei ſpecialiffime convenit illud Job : ab infantia crevit mecum miſeratio , & de utero Matris meæ egreſſa eſt mecum . Ipſa etiam quantum in ſe eſt , miſeretur omnium , quia omnia poteſt .*

( 25 )  
Lib. 4. de  
Laud. Virg.

XXII. Joannes Reichardt natione Francus , profeſſione Sartor ad ſeptennium Urbis Tergeſtinæ inquilinus conſueverat quovis Anno hoc gratiarum Domicilium devote invifere ad conciliandam ſuis in indigentiffis Coronatæ hujus Regiſ protectionem, quam & experiri meruit . Contigit namque, quod refocillandi animi gratia die quadam ſub noctis crepuſculum diutius ſolito cum amicis ſeſe extra menia Civitatis detinuerit, quam dum intrare contendit a militibus cuſtodibus ſemel, atque iterum repulſam patitur ; conatur nihilominus ingredi per portam minorem, quod ægre ferentes Cuſtodes contumelioſiffis eum verbis acervatim affe-



runt . Domum ille properat , vindictam obinde sumere paratus , arma arripit , & ad congregiendum sese disponit . Videns Uxor animum mariti furore repletum precipit , & lacrymis placare studuit . Verum denuo nacto egrediendi e Domo motivo , vixque passus aliquot extra limen ejus figit , a Cohorte militum circumdatus in terram prosternitur , & gladiis , atque fustibus plurimisque ictibus male tractatus ad arrestum seu militarem custodiam deducitur . Aliud nihil in tanto discrimine constitutus egit ille , quam nativo suo idiomate verba sequentia ingeminando : *Coronata Gratiarum Mater Montis Sancti , veni in adjutorium mihi* , & gratiam hanc , quam gemitibus obtestabatur , impetravit . Nam pallium , pileum , & vestes , quæ omnia secum ad Montem Sanctum Anno eodem ad comprobendam rei hujus veritatem attulerat , difsecta , & pluribus foraminibus lacerata palam hic exhibuit . Ille vero non solum ab omni vulnere expers remansit , verum etiam ope utique nonnisi Gratiarum Matris mirabiliter arreptus se arrestum evasisse sincera confessione ad majorem illius gloriam coram pluribus regularibus hujus Cœnobii , ac sæcularibus specialiter convocatis testatus est : Exclamat itaque jure optimo accommodatis ad extensam sat ab eo funesti hujus casus feriem Sanctus Germanus aureis verbis illis : *O Domina mea sola mihi es ex Deo solatium , sola æstus in me existentis Divinus ros , cordis mei exarescentis guttæ divinitus fluentes , tenebrosæ animæ meæ splendidissima lampas , itineris mei directio , debilitatis meæ potentia , nuditatis meæ vestimentum , mendicitatis meæ divitiæ , insanabile vulnere meorum medicina* . Hactenus ille .

XXIII. Eodem Anno Die secunda Novembris Gregorius Duffha ex Parochia Ulzanensi pari fidei ardore conduxit filium suum ad probaticam Virginis hujus piscinam , ut pientissimis oculis ærumnas illius respicere , & a languoribus sanare dignaretur . Erat enim mente adeo turbatus , & usu rationis carens , ut nec proprium parentem nosceret amplius , atque e Domo profugus , & vagus per sylvas , & agros diebus pluribus absque cibo , & potu commiseratione dignam vitam transigeret . Et licet nonnisi magnum laborem illum ad pedem Montis hujus versus Orientem perducere valuerit , in ipso tamen ascensus ejusdem exordio

ordio extemplo Filius Parentem sic affatur : Pater nullam amplius sentio mentis perturbationem, nec e Domo in posterum fugam capiam, pergamus ergo gratias Beatissimæ Virgini pro accepto beneficio acturi, sicque maxima cum hilaritate ac promptitudine peregrinationem absolvit. Et quod hæc omnia vera sint præter juratum parentis testimonium, pari ratione, & alii hoc ipsum velut testes de visu, & auditu deposuerunt.

XXIV Vere enim Virgineis illius oculis ad instar fontium, piscinarumque purissimis, ac clarissimis velut quibusdam speculis miserix mortalium omnium repræsentantur, ita ut id de iisdem dicere possimus, quod Evangelista Joannes (26) de Probatica piscina : *in his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aque motam, qui tandem sani omnes fiebant a quacunque detinebantur infirmitate.* Unde Richardus de S. Laurentio (27) *Oculi, inquit, MARIÆ sicut Piscinæ, idest respectus ejus misericordix est multiplex lavatorium,* claudit que S. Damascenus (28) Virginem eamdem ob causam ita salutando : *Fausta tibi sint omnia o Veneranda Probatica ! incrementum sumat tua gratia. Saluto te MARIA dulcissimum Annæ pignus ; nam me rursus ad te amor pertrahit.*

XXV. Anno 1737. Matthæus Codela ex Pago Boldanie Vipacensis districtus attulit filium suum Marcum habentem Spiritum Dæmoniacum maleficio infectum, qui adolescentem per septennium mirum in modum torquebat, viribusque exinde extenuatum ad vitæ terminum Medicorum etiam judicio jamjam deduxerat. Perpendens tamen Parens ejus Virginis Nostræ exploratum erga omnes Maternæ sollicitudinis studium, statim ad Sancti Nominis ejus recurrit patrocinium, vix templum ipsius ingreditur, confestim immundi spiritus in horrendum ejulatum prorumpunt ; verum intra spatium octiduanarum induciarum ope ejus invocata vi Sacrorum Exorcismorum ab infestatione plurium se immunem persensit. Domum tandem reversus destructo divina virtute maleficio ad pristinam revocatur libertatem.

Quis ergo ad eam velut toti inferno terribilem, & Turrim David munitissimam tot vallatam propugnaculis, ac Clypeis in omnibus satanæ impugnationibus non properabit? Quis in patenti Dæmonum insultantium discrimine confidenter ad illam cum Sancto Bonaventura incarnato Sera-

( 29 )  
Psal. 122.

phin non exclamabit: *Ad te levavi oculos meos Regina, que regnas in Cœlis, adjutorium nostrum sit in virtute Nominis tui, per te omnia opera nostra dirigantur* ( 29 ) *Eripe me Domina ab omni malo, & ab hoste inferni defende me; constringe, & comprime vires ejus malignas, & obtunde potenter astutias ejus.*

( 30 )  
Part. 3. Ser.  
5. ad Novit.

XXVI. Delibaverat quoque Nominis hujus bonis omnibus refertissimi dulcedinem, ac pietatem, qua servos suos Virgo nostra identidem recreare consuevit, Valentinus Fillipich ex Rauniza, dum eodem Anno pro salute filii sui lethifero languore correpti, & agonizantis MARIÆ Nomen ut suppetias ferret, pie invocavit. Nec fraudatus est a desiderio suo, siquidem voto vix nuncupato convalescere cœpit, & sanitatis integræ gratiam percepit. *Dilige ergo* ( inquit devotissimus Thomas de Kempis ( 30 ) ) *Sanctam MARIAM, & percipies specialem gratiam, invoca MARIAM, & obtinebis victoriam. Honora MARIAM, & habebis mercedem perpetuam.*

( 31 )  
Lib. 6. Stel-  
larii.

XXVII. Mariani ejusdem Nominis mortales ubique protegentis cunctipotentiam rursus paucis inde diebus decima quinta nempe Mensis Aprilis ejusdem Anni expertus est Georgius Rebellis, occasione qua Heri sui jussa præstolando derepente gravi vertigine obrutus ex alto ad lapideam quandam prolapsus est mensam, ut propterea adstantes, qui in occursum venerant, mortuum judicaverint; sed auxilio divino, & Virginis Matris, cujus Nominis Sanctissimi potentiam instanter requisiverat, non tantum vivum reperiunt, sed & brachium luxatum, & vitali motu carentem pristino usui plane accommodatum absque humano applicato remedio continuo conspexerunt. Hinc piissimus Pelbartus ( 31 ) mirificos ejusdem Nominis gloriosissimi contemplans effectus ex vehementia amoris erga illud abreptus medullitus exclamavit: *O quam dignum, o quam excellens, & sublime est hoc Nomen gloriosissimum MARIA! O quam utile omnibus ipsum invocantibus! siquidem per hoc Sanctissimum Nomen lapsus sublevatur, peccator liberatur, gratia infunditur . . . pericula evitantur, infirmitates repelluntur, orationes exaudiuntur.*

XXVIII. Hæc eadem piientissimæ hujus Virginis misericordix argumenta luculento probavit testimonio Uxor Laurentii

fentii Oshana Parochiæ Hernovizensis. Postquam enim illa Iconem ejus miraculis claram possibili devotionis studio salutasset, & ad Domesticos contendere lares sese dispo-  
 neret, in ipso pontis *stanga* nuncupati transitu validissima  
 borealis venti flantis vehementia, ac infando infortunio in  
 gurgitem profundam Vippacensis Fluvii præcipitatur; ex  
 impetuoso vero ejusdem motu subito aliquantulum super  
 aquas elevata exclamare cœpit: *Coronata Mater Montis San-  
 cti succurre mihi*, ait quia nemo ex adstantibus auxilium  
 præbere poterat absque submersionis discrimine, ad vicinum  
 interim dumetum velut ad portum mirabiliter transfertur,  
 sicque pari ratione naufragium evasit. Quamobrem similibus  
 in periculis constitutos Marianos Clientes Beatus Ephræm  
 ( 32 ) Virginem Opitulatricem salutare docuit, sequentibus  
 verbis: *Ave portus tranquillissime, & a fluctibus procellif-  
 que agitatorum liberatrix desideratissima. Ave periculan-  
 tium opitulatrix. . . . Ave jucunda libertas, & omnium  
 Parens. Ave spes omnium proborum rebus adversis afflicto-  
 rum. Ave peccatorum refugium, atque diversorium.*

( 32 )  
 Sermon. de B.  
 Virg.

XXIX. Eodem Anno Joannes Puech paver natione Ba-  
 varus voti compos effectus accessit hanc gratiarum Sedem,  
 sacrisque jam refectus Sacramentis, sequentem Patri suo  
 spirituali recensuit portentosum eventum, utque in re-  
 gesto fastorum Mariani hujus Sanctuarii adnotaretur, fer-  
 venter exposulavit.

Pater dum ego sub regimine mei Generalis Clomenero  
 militiae operam dabam, & annonæ Bellicæ custos fuisset  
 constitutus, inopinate famæ percrebuit, prænominatum he-  
 rum meum una cum Principe Ludovico a VVirtemberg  
 lethali vulnere accepto sub Urbe Guastalla in postremo Ita-  
 liæ conflictu non solum vitam cum morte commutasse,  
 verum & quod pars exercitus Gallici incunctanter sese con-  
 ferat ad totam supellestem nostram, & annonam aufe-  
 rendam. Angustia me obinde premebant undique, & so-  
 licitus de vita salvanda Deo inspirante sub grandiori curru  
 annona recensita onusto me collocavi: libellum precatorium  
 ( quo utebar quotidie ) ex sacco extraxi, in quo reperi ima-  
 ginem hujus prodigiosæ Virginis Montis Sancti mihi trans-  
 eunti per Urbem Goritiensem a quodam amico dono da-  
 tam: hanc instanter exoravi ut saltem animam meam,  
 quam e corpore jamjam emigraturam violenta morte arbi-

trabar, commendatam habere dignaretur. Accessit ergo copiosa Cohors Gallorum militum: hi currus hinc inde vertunt, & evertunt, annonam abripiunt, me vero sub eodem curru pluribus horis delitescentem non animadvertunt; sicque illis fugam cum præda capientibus, manus eorum evasi, & ad exercitum nostrum ut confugere valerem, mihi desuper concessum fuit: hodie autem (dies erat infra octavam Pentecostes) veni Protectrici huic Deiparæ gratias acturus, cui unice præservationem meam in acceptis refero. Hæc ille æquivalentibus patrio suo idiomate protulit, & exposuit verbis.

( 33 )  
In soliloquio  
animæ c. 24.

XXX. Pervenit sane de gloriosissima hac misericordiæ Regina scriptis ad intentum citatus Thomas de Kempis ( 33 ) dum eam pietate sua, facilitateque dulcissima omnes ad se allicientem sic introducit: *Ego sum Mater misericordiæ, plena charitate, & dulcedine. Ego peccatorum scala, reorum spes, & venia. Ego mæstorum consolatio . . . . Omnium miserorum miseratrix; omniumque fidelium piissima advocatrix; & postquam admirabiles in animo suo ab ea percepisse contestatus fuisset effectus, sic sibi respondentem Matrem iterato repræsentat: Quid est Fili? qui sunt, qui volunt nocere tibi? Noli timere . . . . Vivo ego, & vivit Filius meus JESUS . . . . Ex me temporaliter incarnatus; ex Patre æternaliter genitus toti mundo in salutem datus est. Ecce unde spes, & consolatio, & per quem fides, & victoria fit JESUS, & MARIA in tua semper memoria, & non timebis inimici jacula.* Hactenus ad illum Deipara. Quibus profecto verbis o Mariane! Theophile omnium Matrem misericordiæ se ostendit esse clementissimam, amplissimoque suæ pietatis sinu ad complectendum cunctos mortales paratissimam, ac demum nobis mirificam, de sua clementia bene sperandi fiduciam suggerit.

XXXI. Helena Millerin Flaminensis prægnante in gestabat eodem Anno uterum, partumque prolis per infaultum e gradibus Domus casum acceleravit, ex quo factum est, quod in lethiferum incidit morbum cum sanguinis copioso fluxu conjunctum; cumque proinde nulla de ejus salute spes superesset, eo quod Medici morituram prædixerant, feliciter contigit, ut dum illa magna cum fiducia confestim sese Beatissimæ huic Virgini recommendaret, divinitus convalesceret: quæ in grati animi monumentum impetrata sanitate

nitate votivam peregrinationem persolvit, & anathematis loco tabellam sacris parietibus Virginæ Capellæ appendit. Hanc porro ob causam gentes, & nationes omnes ad depredicandas summa cum letitia Deiparæ laudes Seraphicus Bonaventura (34) conglobatis plurimis ejus simul prius enco-

(34)

niis invitatur dicens: *Omnes gentes, plaudite manibus, psallite in júbilo Virgini gloriose; quoniam ipsa est porta vite, janua salutis, & via nostræ reconciliationis, spes pœnitentium, solamen lugentium, pax beata cordium, & salus*

XXXII. Antonius Pacassa Claustro-Neoburgi in Austria mortali ægri tudine viribus prope extenuatis, de vita periclitabatur: Advocatur in adjutorium Medicus; quoniam vero nulla applicata ab hoc remedia profuerant, mœstissimus Parens in tam lugubri statu filium constitutum ingemiscens cogitatus suos ad Thaumaturgam hanc Virginem pie convertit, & Filio adorandam ejusdem imaginem exhibuit, crebris interea suspiriis pro impetrando ab ea salutis beneficio adhortatur, nec irritò conamine: exaudita enim fuit devota Oratoris deprecatio, & intra octiduum absque alio medicamento sanitati donatus sexta Octobris 1737. ex Austria voti solvendi causa huc advenit, votivamque tabellam ad peregrinationem rei memoriam obtulit. Sic namque teste Richardo a

(35)

Lib. 4. de

(36)

Lib. de Re-

tho. Divina

(35)

Lib. 4. de  
Laud. Virg.

(36)

Lib. de Re-  
tho. Divina  
cap. 18.

Sancto Laurentio (35) illi, qui vel solam Deiparæ Nostræ jucundissimam memoriam recolunt, augustissimam in numeris exemplis ejusdem experiuntur, quam sibi imaginari possunt, clementiam. Ea propter Guillelmus Præsul Parisinus (36) eam sic alloquitur: *Innumeris exemplis magnificorum operum misericordie tue, que operata es erga peccatores miserrimos docuisti nos, & persuasisti de tua misericordia confidere, de tua pietate sperare, & in omnibus necessitatibus nostris sub alis tue protectionis fiducialiter confugere.*

XXXIII. Anno 1738. 31. Maii: Affluente ad hunc locum processionaliter ex Parochia Tomajensi populi multitudine, huic voto peregrinationis obstrictus sese adjunxit Petrus Potrata ejusdem Oppidi incola ob singulare donum intercedente Dei Genitricæ acceptum. Post toleratos enim graves admodum intervallo quatuor mensium oculorum cruciatus, ita ut plane jam cæcutiret, adhibitis variis licet irritò labore remediis, sibi a vicinis dictatis, hoc saltem unicum

a clementia ejus quæsitit solatium, videlicet, ut miraculo-  
sam saltem ipsius adhuc semel Iconem videre posset; quo  
pio ex animo vix concepto desiderio, ocyus se itineri com-  
misit, venit, vidit, eamque adoravit; sicque factum est,  
quod facultatem recuperati in integrum sensus visus inve-  
nerit, & perpetim deinceps retinuerit. Quis ergo sub um-  
bra benignissime protectionis suæ non confidat, & gaudeat  
inmarcescibiles Cæli thesauros se quam citissime acquisitu-  
ros?

( 37 )  
Sapient. 6.

Quandoquidem unico, minimoque suspirio ad benefa-  
ciendum singulis parata dignoscitur, atque ad suas opes  
nobiscum liberaliter communicandas adeo prompta, & ex-  
pedita est, ut merito Ecclesiastes ( 37 ) dixerit: *Facile vi-*  
*detur ab his, qui diligunt illam, & invenitur ab his,*  
*qui querunt eam.* Hic iterum porro audiendus est Richar-

( 38 )  
Lib. 9. de  
Laud. Virg.

das a Sancto Laurentio ( 38 ) de Probatrica hac Piscina:  
*Facet enim ad hanc Piscinam multitudo languentium; cœ-*  
*corum qui illuminari, claudorum, qui dirigi, aridorum, qui*  
*gratia humectari expectantium aquæ motum Virginis nimi-*  
*rum misericordiam, ut a languoribus . . . sanarentur.*

XXXIV. Ad hanc ter faultam pariter Matris Dei Proba-  
ricam, atque Sanctissimum Delubrum deferri curavit eodem  
Anno 22. Junii Maria Kostouka Parochiæ Sancti Petri pro-  
pe Goritiam Filiam suam acriter maleficio exagitata, &  
ut sanaretur, fervidas ad Aram hujus Thaumaturgæ Virgi-  
nis prostrata preces fudit, quatenus misericordes oculos suos  
erga languentem sobolem convertere dignaretur. Nec ejus  
deprecatio sine præmio fuit: statim namque post collatam  
sibi de more ecclesiastico a Sacerdote Exorcista benedictionem,  
recepit incolumem, & Domum non jam in sede gestatoria,  
sed peditando reduxit. Quare magnus ille Theologus Mar-  
tinus de Magistris paraphrasi pereleganti super verba illa  
Ecclesiæ, *Eja ergo advocata nostra illos tuos misericordes*  
*oculos, Virgineorum horum oculorum vim, ac energiam*  
*perstringit: sed quos ( inquit ille ad Deiparam ) ad nos*  
*oculos convertendos petimus? ii sunt, quos palpebris paulu-*  
*lum obducendos oramus, donec nos tuæ miserationis perlustra-*  
*veris intuitu. Hic est, qui in miseras nostras penetrat ocu-*  
*lus: Hic est, quo factos ærumnis, oppressos angoribus, & om-*  
*niam malorum generibus depræbendis affectos . . . Mi-*  
*sericordes igitur oculos ad nos converte; & unus, idemque*

*tuae pietatis intuitus, & indulgentiam inferat, & auferat miseriam.*

XXXV. Agnes Luchanzhiz in servitio apud quemdam Prepositum Ecclesiasticum Ducatus Carinthiae existens desperato obruta morbo aliquot hebdomadibus decumbebat. Quapropter ad eam omnibus jam praemunitam Sacramentis, & paulo post sensibus etiam externis orbatam idem Herus accessit, cui impetrata benedictione hoc unicum suggerendum occurrerat, ut videlicet erga quam illa ex omnibus gratiarum locis Aedem majorem fovisset dilectionis affectum ex animo votum peregrinationis absolvendum (restituta sibi caelitus sanitate) eliceret. Annuit illa mente, statimque erga culmen hoc Marianis gratis refertissimum de pietate MARIAE bene confusa pia revolvit suspiria. Nec absque felici eventu, siquidem sine mora dissoluto ter in pectore apostemate firmam brevi tempore consecuta est valetudinem, & Die 5 Julii 1738. nudipes ad solvendum votum, & exaltandam magnificentiam misericordissimae Sospitatrix suae se contulit. Agnovit profecto excellentiam divinae hujus Matris Sancta Brigitta, cum de misericordia illius loquens Agneti filiae suae eandem hortabatur, prout ipsa (39) per-

(39)  
Lib. 3. suarum Revel. Cap. 30.

*scripsit: Filia Agnes dilige Matrem misericordiae, quae habuit latitudinem excedentem misericordiae, & pietatis. Nam sic pia, & misericors fuit, & est, ut maluerit omnes tribulationes sufferre, quam ut animae non redimerentur. Nunc autem conjuncta Filio non obliviscitur innate bonitatis suae, sed ad omnes extendit misericordiam suam, etiam ad pessimos, ut sicut sole illuminantur, & inflammantur caelestia, & terrestria, sic ex dulcedine MARIAE nullus est, quin non per eam, si petit, sentiat pietatem.*

XXXVI. Anno 1739. Die 16. Maii Jacobus pariformiter Premur Parochianus Hernovicentis quamprimum eadem animatus spe votum ad hunc locum emisit ex speciali privilegio Beatissimae hujus Virginis a permolesto, quo angebatur languore, liber evasit, & praeterea manuum, pedumque usum, quem exinde ex toto ferme amiserat, integrum recepit. Igitur: *Qui oculi? ita citatus de Magistris piissimus Deiparae cultor hanc affatur; quae aures, qui sensus, qui carceres, quae vincula diutius te solvente, clausa perdurant? Quis corporis languor, quae mentis egritudo, te juvante, non disperit? concludit tandem: Nulla est illustrior kuma.*



humanitas, quam cum ita morbis occurris, ut ad veram incolumitatem, & proset, & non obsit depulsa valetudo.

XXXVII. Die 5. Julii ejusdem Anni Crescentiâ Cummarza ex Parochia Canalensi pluribus jam mensibus serofitatibus toto corpore diffusis intumuerat; incurabilis tamen hydropis judicio Physicorum inde contractæ funestam vim superavit invocato pie duntaxat Virginis hujus in auxilium

NOMINE (quod Venerabilis jam sæpius citatus Richardus a Sancto Laurentio (40) tanquam oleum quoddam, sive unguentum medicinale, atque aromaticum merito salutavit, illi persimile, quod Samaritanus in vulnera infœlicis illius Viatoris sauciati descendenti ab Jerusalem in Jericho, infudit, inquit: *O pretiosissimum contra omnes vitiorum morbos sanctissimi Nominis Deiparæ Oleum! O aromaticum, ac suavissimum unguentum! O saluberrimum amuletum!*) Et quæ antea pedes præ nimio tumore movere vix poterat, ope Cœlestis ejusdem Heroïnæ, quæ eidem

*Robur ad antiquum, viresque refudit in artus,*

ut apposite canit Poeta Marianus (41) hac ipsa denique die ad scandendum sublimem Montis hujus verticem, votumque adimplendum faciles, agilesque persensit. Unde etiam Seraphicus ejus Psalter (42) Nomen Virginis unguentum pretiosissimum, Cœlestique fragrantia plenum esse intellexit, dum, recensitis prius aliis selogiis ita ei, quam vas Sacerdotalis unguenti vocitavit, modulatus est.

*Ave Virgo vas unguenti,*

*Jam in oram vestimenti*

*Ungtionem qua abundas*

*Supplicamus, ut infundas.*

XXXVIII. Simili modo Ursula Zernouka Civis Urbis Tergestiniæ spatio dierum sex mirum in modum partus afflicta cruciatibus, in lucem tandem, protegente Virgine MARIA, ad quam velut ad Asylum tutissimum omnium afflictorum humiliter recurrebat, geminas successive foeminas proles edidit, quarum utraque ad gratiam Baptismi pervenire meruit; Mater vero a præsentissimo etiam mortis periculo liberata septima Augusti ejusdem Anni liberatricem suam effulis præ gaudio affectuosis lacrymis pro tam singulari, & duplicato munere salutavit. Quare idem Mantuanus loco citato Ordinis Carmelitani decus heroicis uti tantam heroinam decebat carminibus, postquam generaliter inquit,

(40)  
Lib. I. cap. 2.

(41)  
Baptista  
Mantuanus  
lib. I. Parth.

(42)  
S. Bonaventura  
Psal. 132. in Psalter, minori.

innumera beneficia Virginis descripsisset , eam omnium ad-  
versa fortuna jactatorum Asylum esse tutissimum ostendit ;  
& concludit dicens .

*Propterea totam surgentiæ templa per orbem*

*Illius immensam laudem , Regniq̄ue perennis*

*Perpetuos faces , & sine carentia jura :*

*In nostrumque genus summum testantur amorem .*

*Ipsa est adversis commune in rebus Asylum .*

XXXIX. Postquam tandem hoc ipso Anno solemnia se-  
cundi jam feliciter transacti sæculi ter admirabilis , totique  
mundo celebris apparitionis gloriosissimæ hujus Virginis , de  
qua supra meminimus cum approbatione Sanctæ Sedis A-  
postolicæ , & regnantis tunc supremi Christi in terris Vica-  
rii Clementis Papæ Duodecimi Diplomate , quod incipit  
*Ad augendam Christi fidelium Religionem* &c. Datum Ro-  
mæ apud S. Mariam Majorem Die octava Maii 1739. Pon-  
tificatus sui Anno Nono celebrata fuere per integrum au-  
thoritate ejusdem Summi Pontificis Indulgentiarum the-  
sauris ditatum octiduum , & quidem eo ferme ritu , festivo  
ordine , & apparatu , quo solemnizata legitur infra præ-  
fertim cap. II. per totum Die 6. Junii 1717. festivitas Au-  
gustissimæ Coronationis ejusdem Thaumaturgæ Virginis ;  
post paucos ab hac anniversaria celebritate dies conducti  
fuerant ad hoc Sanctum Templum duo Energumeni , nem-  
pe Martinus V. Valter ex Sagora , & Theresia Conti Go-  
ritiensis , quorum uterque Sancti , ac terribilis Nominis  
M A R I Æ operante virtute , cujus ditioni , & curæ sese  
tota devotione subjecerant , a nefandis illorum molestiis  
liberi evaserunt , prout votiva anathemata illorum appen-  
sa parietibus Virgineæ Capellæ , fidem publicam fa-  
ciunt .

XL. Per quod amplius confirmata remanent ea , quæ  
capite signanter præcedenti recensuimus de hoc præordina-  
to a Deo sacro jugo , ubi ad eliminandas e medio , & pro-  
cul relegandas ab infestatione filiorum Adæ tartareorum ho-  
stium phalanges M A R I A Virgo Principem sibi super om-  
nes virtutes Cælorum vendicat locum , ut optime advertit  
B. Thomas de Kempis ( 43 ) *Ipsi obediunt* ( inquit ) *Ang-*  
*gelorum Chori , quos mittere potest in solatium destitutorum ;*  
*Dæmonibus imperat , ne quem molestare audeant , qui ejus*  
*ditioni se subjecit , & curæ . Expavescunt Cæli Reginam*  
*spiritus*

( 43 )  
Part. 3. Ser.  
4. ad Novi-  
tios.

*Spiritus maligni; & diffugiunt audito Nomine Sancto ejus velut ab igne. Horrent Sanctum, & terribile Nomen MARIE quod Christianis est summe amabile, & ubique celebre. Non audent apparere, nec sua ludibria exercere, ubi noverint clarere Nomen sanctæ MARIE. Tancquam tonitruum de Cælo factum, sic prosternuntur ad Sanctæ MARIE vocabulum, & quo sæpius illud profertur, ac desiderabilius invocatur, eo citius, & longius ipsi fugantur.*

XLII. Anno 1740. Puella Græcensis jam majorenis duobus integris Annis acerrimis pedum mœroribus confecta motum obinde, & usum illorum profus amiserat. Casu quidem fortuito, sed non sine speciali Divinæ providentiæ instinctu ingenuus quidam adolescens, qui pariter Græci tunc temporis studiis litterariis operam, dabat domum ejusdem ingreditur, quam dum tam longo tempore languentem, & fortem suam infaultam sine remedio lamentantem intellexisset, pio impulsus motu, suavit ei, ut ad hanc Almam, & Coronatam Dei Matrem, quam prodigiis ubivis nitentem voce populi, & propria experientia addiderat, secure confugeret. Sancto huic illico puella acquievit consilio; Ocyus pedibus illa suis injectis Mariani amoris compedibus, semetipsam in perpetuam ancillam Magnæ Dominæ, ac Reginæ Nostræ votive constitinxit, quæ demum vincula pedum suorum confestim dissolvit, iidemque firmitatis robur, expeditumque gressum indulsit, sicque ad solvendum votum eodem Anno ad collem hunc Gratiarum festinavit. Certe MARIE compedes pietatis in protectionem fortitudinis datos esse, & salutarem alligaturam pulchre admodum ad intentum non obscure innuere videtur divinissimum illud Sancti Spiritus consilium a Sapiente pronuntiatum: (44) *Audi Fili, & accipe consilium intellectus, & ne abicias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes illius . . . Et erunt tibi compedes illius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis; & torques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa, & vincula ejus alligatura salutavis.*

XLIII. Ben ignissimæ hujus Parentis singularissimum beneficium agnovit & Franciscus Stibelli Parochianus Vippacensis acerba ruffi, & hectica febrî laborans. Et quia hæc alius indies in eo radices agebat, nullum vitæ superstitis habebatur indicium. Edito igitur nudipedis peregrinationis

voto,

voto, & Sanctissimi Rosarii devota recitatione, opportu-  
num ab ea imploravit auxilium, quod & impetravit. Si-  
quidem derepente vis morbi cessavit, e strato fanus abl-  
que humano medicamine surrexit, votique obligatione ad-  
impleta summa cum lætitia ad propria rediit. Porro ap-  
posite B. Amadeus (45) ut ostenderet, quod beneficia  
tam animi, quam Corporis invocantibus eam affatim com-  
municare soleat, inquit: *Salutem namque corporibus, &  
animis medelam afferebat potens suscitare a morte car-  
nis, & animæ. Quis unquam ab ea eger, vel tristis, aut  
Cœlestium mysteriorum ignarus abiit? Quis non lætus, &  
gaudens rediit ad propria impetrato a Matre Domini,  
quod voluit.*

(45)  
Homil. 7. de  
Laud. Virg.

XLIII. Fontem hunc Marianum tot, tantisque bonis exu-  
berantem, & puteum, ut meminit B. Amadeus mox cita-  
tus: *Aquarum viventium, & vivificantium, que fluunt im-  
petu de Libano a Monte Sion usque ad circumfusas, & exteras  
nationes*, taliter degustavit puella alia ex Idria, quæ in  
amentiam inciderat, nec sanari ulla arte humana poterat;  
donec ipsamet Parentes provocasset, quatenus ad Montem  
hunc Sanctum duceretur, *ubi sola Mater Gratiæ* (ita cla-  
mabat illa licet mente capta) *poterit juvamen adferre.*  
Factum est ita, atque in ipsa hora suæ hic præsentationis,  
& votivæ oblationis dulcedinem sanitatis quam concupive-  
rat ab eodem fonte promanatam haurire demeruit, spon-  
sionique qua tenebatur, satisfecit: Propterea Seraphicus  
Bonaventura (46) invitat omnes ad eam laudandam: *Magnificate*  
(inquit) *Dominam mecum omnes... Impen-  
dite illi sacrificium laudis*, utpote quæ omnis suavitatis,  
ac veræ delectationis *Fontem* peperit: *Fontem* (inquam il-  
lum) *cujus impetus lætificat Civitatem Dei* (47)

(46)  
180092 11  
11 11 11

(46)  
Pfal. 32.

(47)  
Pfal. 47.

XLIV. Jacobus ex Comitibus S. R. Imperii ab Etling  
Goritensis Comitatus Anno 1741. peregre constitutus,  
Vienna tandem cum sua Comite, quam ibidem sibi in  
Uxorem desponsaverat, properabat in Patriam reverti.  
Contigit porro præter spem quadam die, quod currus,  
licet munitus custodibus a proposito conductis, a validissi-  
mo borealis venti impetu ingenti concussione in terram  
devolutus fuerit, de sub cujus ruina unus ex famulis op-  
pressus resedit, alter pedibus rotam inter versatilem actus  
pendulis hærebat: Ancilla accepto in pede fatali vulnere

conquereretur: cuncti denique ne in ipsum plane contiguum Fluvium Haidoviensis Oppidi a ferocientibus præincusso vehementi pavore equis præcipientes tollerentur, valde dubitabant, quin imo certo arbitrabantur, nisi *Coronata Christipara Nostra*, cujus suppetias uno ore omnium nomine Comes magno affectu exclamans depoposcerat dicens: *JESUS, & MARIA Montis sancti præstano nobis auxilium*, dexteram virtutis e solio misericordiae suae, per quam denique illæsi, ac incolumes præservati fuere, coelitus emisisset; dempta ancilla, quæ tamen brevissimo temporis intervallo de ejusdem pietatis plenitudine sanitatem quoque percepit. Sicut ergo votis supplicantium Divina Parens annuit, ita anathematis loco Tabellam grandem manu pictam totius funesti eventus expressivam cum pede argenteo in Sacello Virgineo erexerunt. Quare vir devotus & doctrinæ luce maxime fulgidus Ludovicus Blofius (48) contestatur: *Dulcissima MARIA nullum a se repellit peccatorem ad se pie, & humiliter confugientem. Quæ blande suscipit, fovet, protegit, & Filio suo Materna fiducia reconciliat. Citius Cælum cum terra peribit, quam ipsa aliquem serio se implorantem sua ope destituat.*

XLV. Quod quam certum, ac indubitatum sit, evidenti simul, et miraculoso plane argumento edocent ipsæmet quoque chartaceæ imagines ejusdem pio cultu & adoratione hyperdulæ respectiva in privatis etiam sæcularium habitaculis veneratæ. En rei hujus monumentum omnem profus admirationem superans, atque adeo luce publica, & veneratione dignum auctoritate personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ ex Officio recognitum, quod, ut attento mentis oculo, ac uberi animæ fructu Lector benevole pervolvat, intime efflagito. Ejusdem porro speciem facti expositam, quam sub devoto Symbolo Chronographicæ inscriptionis alludentis ad Deiparam Montis Sancti vulgamus. Ex attestatione mox subjungenda intelliges.

FLUMINE IN CIVITATE LIBURNIÆ  
Charta Cæa I Con VirgInIs saCrofanCræ  
ab Igne præferat Vr.

Testimonium porro hoc ex Officio Archidiaconali Civitatis Fluminensis ibidem Anno 1745. Die 3. Mensis Novembris datum hic abes.

Nicolaus Andreas Tudorovich SS. Theologiae Doctor, Protonotarius Apostolicus, Regius Beneficiatus in Stain, necnon Regius Archidiaconus Fluminensis, & in Spiritualibus Vicarius Dioecesis Polensis ex P. A. V.

Univerſis, & ſingulis fidem facimus, & teſtamur qualiter 30. Aprilis Anno 1741. nocturno tempore in vico Sancti Sebaſtiani hujus Civitatis exorto incendio tota Domus Antonii Paulinich penitus combuſta fuerit, unica illaeſa remanente Icone ex charta Beatiffimae Virginis de Monte Sancto ſupra Goritiam, licet ex omni parte flamma inceſſerit, & cuncta quae in domo erant in cineres redegerit. Quae omnia ex juratis deſiptionibus teſtium nobis conſtiterunt; & conſtant, imo nos ipſi oculis noſtris conſpeximus, admirantes Omnipotentis Dei virtutem, qui imaginem Matris ſuae, quae naturaliter comburi debuit, intactam (ut ſemper fuit) praſervaverit. In quorum fidem &c.

Datum Flumine Die 3. Novembris 1743.

Nicolaus Andreas Tudorovich  
Archidiaconus manu propria.

Franciſcus Xaverius de Marburg  
Cancellarius Archidiaconalis  
manu propria.

(L.S.)

Quae cum ita ſe habeant; quis adeo a ratione alienus erit, qui hujus Sanctiffimae Virginis Iconem ſibi non ſummo ſtudio poſthac amplectendam, jugique memoria celebrandam arbitretur? Tu haec Marianae Viator  
ma.

(49)  
Serm. 1. de  
Nativ. B. V.

maturius cogita, & ita tecum cum B. Petro Cardinale Damiani ( 49 ) disputa : *si sic dulcis est memoria, quid est presentia? Nos interim memoriam abundantie suavitatis ejus eructamus?* Si hoc potuit typus in charta, quid non possit Archetypus in Ara? Divinitatis est: tu vade: vide, & cave. Verum, ut igne amoris illius accendaris ad currendum magis post virtutum ejus odorem, necessum est, ut vivam, spirantemque Divæ Virginis ulnis bajulantis divinum illum substantialemque AMOREM ob oculos indies devotæ mentis ponas imaginem.

(50)  
Cap. 4. Hist.  
Jugurth.

Si enim prisca Romani antenatorum fumosis imaginibus, eorumque rerum præclare gestarum memoria ad ipsorum æmulanda decora animantur, adeo ut Sallustius Crispus Nobilis Romanus, & Historicus ( 50 ) pronuntiare non dubitaverit: sæpe audiivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea Civitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, cum Majorum imagines intuerentur, *vehementissimum animum sibi ad virtutem accendi.*

Quanto igitur magis conspecta hac pulchræ dilectionis, Matre, ejusque in ulnis Filio, qui vere Deus amoris est, cœlestibus animus noster incitatus flammis ad omnem virtutem exardescet? ipsamque Virginem tam dulciter nos diligentem diliget? Quamobrem quam belle simul ac pie Poeta ille in cliente Mariano lusit, hanc in rem de Virginis religiose colendis imaginibus canens.

*Queris, an & pictis jubeam indulgere Tabellis?*

*Partheniamque avidis Icona ferre oculis?*

*Nempe etiam hinc aliquam capiet veneratio flammam:*

*Quodque repens animus non dat, Imago dabit.*

*Hæc est, quod resides Pictura instaurat amores:*

*Et veteres renovat coa figura faces.*

XLVI. Anno 1742. Lazarus Venuti aliquandiu Goritiæ infirmitate detentus jacuit, & ut ab ejus tenaci vigore facilius absolveretur, ad patrios lares Utinensis Civitatis se deferri jussit. Nihilominus præter spem morbus potius magis invalescebat, ob cujus acerbiteriam, nullum alimentum capere per plures dies poterat, sicque indies contabescens ad supremum diem vitæ contendere videbatur. Aliquantulum vero iterum ad se reversus præsentem Confessario ad suam assistentiam convocato incontinenti cœpit invocare auxilium hujus Matris Sanctissimæ adpromittens, si sana

retur

retur piam *Ædis* suæ sanctæ visitationem ; quo facto magnum illico totius corporis sublevamen expertus est ; nam immensa sua Virgo clementia votivum pensum benigne suscepit, restitutaque ei in integrum sospitate compensavit . Igitur, ut omnes infirmi salutem consequerentur a Domino, dicebat de se ipsa merito Mater ejus: (51) *Qui me invenerit inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino*; quamobrem a S. Joanne Damasceno (52) appellata fuit:

*Pelagus curationum, & ægrotantium exultatio.*

XLVII. Sic eodem Anno alius Marianus cliens ex Pago Goriansku inani labore humanis adhibitis remedijs pro convalescentia Filii sui in amentiam lapsi ad ægrotantium apothecam dulcissimam nempe MARIAM, quæ nullum despicit, supplicabundus accessit, & mox dum expleto voto ab hinc ad propria revertitur Filium bene valentem, & perfectæ rationis compotem indicibili cum jubilo reperit . Beata ergo Virgo nostra adeo perfecta medicina est, cunctarumque ad medendum virtutum thesaurus, ut nullus Deo ita juste disponente (mediate saltem) salutem animæ, & corporis consequatur, nisi cœlestis ejusdem medicinæ pharmaco propinato, prout B. Germanus Patriarcha (53) fatetur verbis illis: *Nullus est, qui salvus fiat, nisi per te Virgo sanctissima!* quod amplius declarat S. Bernardus (54) dicens: *Eva spina infigans omnibus mortem: MARIA rosa reddens saluferam omnibus sortem.*

XLVIII. Ad hanc dispensatricem gratiarum liberalissimam, sic enim eam Ludovicus Blossius (55) nuncupat, Antonius Comes de Montina Civitatis Forojulienis Austriæ Patritius, dum ex Istria per Mare Aquilejam, & ad domesticos lares cum suis Navicularijs repetebat velut ad unicum naufragantium asylum pari fiducia confugit, quos ut omnium fidelium Mater misericordissima a procellosis maris fluctibus jactatos, & ferme jam submersos ad se pie clamantes conspexit, confestim adjuvit, & ad exoptatum portum incolumes deduxit. Ille vero in debitæ gratitudinis argumentum ad adorandam hanc maris Dominam, & irradiantem in subsidium stellam, ut votive adpromiserat velut testis, & præco portentosi accepti beneficii sese contulit. Hinc de se ipsa Sancta Dei Genitrix gloriatur (56) dicens: *Profundum abyssi penetravi, & in fluctibus maris ambulavi; hoc est, ut interpretatur eximius Mariani Nominis*

(51)  
Prov. cap. 8  
(52)  
Orat. de dormit. Virg.

(53)  
De Zona Deiparæ.  
(54)  
Serm. qui incipit Ave Maria.  
(55)  
In Cantico vitæ Spirit.

(56)  
Eccl. cap. 24



( 57 )  
Serm. de No-  
mine Mariæ.

cultor S. Bernardinus Senensis ( 57 ) *visitans*, & *subve-*  
*niens necessitatibus meorum devotorum*. Quare celeberrimus  
quoque laudum Marianarum Præco Baptista Mantuanus Lib-  
I. Part. polarem Stellam Mariæ MARIAM velut unicam  
nafragantium consolationem pulchre ad rem nostram his-  
ce celebravit, salutavitque metris.

*Tu placidum terris sydus, quod liberat omnes*

*A pelagi fervore rates, quod luce benigna*

*Saturni, Martisque graves, eliminat iras,*

*Tu nobis Elice, nobis Cynosura per altum*

*Te duce vela damus portus habitura secundos,*

*Tu mare, tu ventos, tu Sydera cuncta, Deumque*

*Conciliat, tu tuta salus, tu pacis origo.*

XLIX. Anno 1743. 24. Januarii Stephanus Pirnat natio-  
ne Carniolus, Origine Labacensis Heri sui mandato absque  
sufficiente ut præferebatur causa compedibus ferreis colliga-  
tus, eodem interea loco carceribus mancipatus fuit. Inde  
ad quoddam inferioris Carniolæ Dominium cujus subditus  
erat, relegatus, ut a tribus custodibus omni cum rigore ibi-  
dem servaretur, serium exiit edictum. His nihilominus ex  
omni parte pressus, & circumdatus angustiis, non cessa-  
bat tamen totis præcordiis indies causæ suæ Cælesti huic, &  
communis Advocatæ totius generis humani commendare pa-  
trocinium, & sublevamen ab ea identidem deprecari; emil-  
so etiam voto ejusdem Sancti Templi hujus limina adeundi.  
Desideriis suspirantis Captivi annuit Coronata Regina Mife-  
ricordiæ, de cujus Dominatione Arnoldus Cortonensis ( 58 )  
elegantè discurrens ait: *Nec a Dominatione vel potestate*  
*Filii Mater potest esse sejuncta*, & præsertim illa Mater,  
quæ ut Divus Gregorius Magnus ( 59 ) scribit: *Meritorum*  
*verricem usque ad solum divinitatis erexit*: Quemadmo-  
dum ergo ejus Filius, & Divinus Magister Petrum Disci-  
pulum ab Herode in carcerem missum, & traditum quatuor  
quaternionibus militum custodiendum, ut meminit Sacer  
textus, ( 60 ) per Angelum a vinculis absolutum illæsum abi-  
re fecit: Ita simili ferme modo actum dignoscitur in propo-  
suro, dum Alma ejus Parens divina imperii sui voce jussit,  
ut catenæ de manibus, ac pedibus compediti clientuli sui  
caderent, cui, & de ergastulo exeunti adstantibus etsi ex-  
cubiis ( sed, ut series prodigii manifestior evaderet, nil eo-  
rum, quæ agebantur, percipientibus ) liberam discedendi fa-  
cultatem

( 58 )  
Lib. de Laud.  
Virg.

( 59 )  
In L. I. Reg.  
Cap. I.

( 60 )  
De Act. A-  
post. cap. 12.

cultatem ita præbuit, ut nonnisi jam passibus circiter centum a loco custodiæ distantem, primo profugum eminus agnoverint; quemque insequi quidem omnino decreverunt; verum (novo utique prodigio) tamdiu in loco custodiæ hæserunt immobiles, donec avulsus ab excubiæ oculis liber evasit.

Die itaque prima Martii, ut perennis tam insoliti beneficii ab eo 2. Februarii ejusdem Anni adepti haberetur memoria, ad Montem Sanctum convolavit, ubi post præmissam facti hujus diligentem inquisitionem, compertaque veritate rei per sinceram ejus etiam juramento quatenus opus foret, firmandam contestationem, votum conceptum cum aliis pietatis exercitiis persolvit, plenoque ore ubique liberatricis suæ depredicavit omnipotentiam.

Hic porro merito iterum audiendus Magnus ille Parisiensis Universitatis Doctor Martinus de Magistris (61) ubi admirans summam Virginis bonitatem in Iultrandis, & quam citissime tollendis miseriis hominum egregia sua dicendi facultate, sic eam alloquitur: *Cum te Reginam misericordiæ dicimus, tria tibi excellenti gradu concessisse videmur. Primum, ut miseras nostras, & quidem omnes perspicacissimis intuearis oculis. . . . Alterum ut possis. Tertium, ut velis efficacissimis eas avellere viribus. Primum cogitationis est; auctoritatis secundum; Tertium humanitatis. Et primo fit, ut malorum nostrorum ne unum quidem te fugiat, non scelera, non scelerum pondus, non cicatrices, non mala valetudo, non adversitas, non horum omnium reliquiæ. Et paucis interjectis ad propositum exclamabundus concludit: Qui oculi, quæ aures, qui sensus, qui carceres, quæ vincula diutius, te solvente, clausa perdurarunt? Quem vitæ spiritum Divina tui imperii vox vel fugiturum continet, vel non revocat fugientem?*

L. Quam promptissima præterea sit Gloriosissima Deipara nostra quocunque tempore, & occasione ad impendendam in cunctis hominum periculis opem misericordiæ suæ, certe id maxime relucet in extremo discrimine mulieris illius, quæ eodem Anno post amissam per sententiam Judicis causam, quam longo sat tempore litigiosa contentione, & sumptibus sustentare nitebatur, ut ad maximam exinde cum sua familia devenisset egestatem, gravissimo animi dolore correpta, sævire ad desperationis usque barathrum cœperat; utque perversam hanc animi sui voluntatem opere plane externo

(61)  
Paraphr.  
in Salve Regina.

consumiaret, ad præconceptum fluvium se contulit, ubi modum aptiorem quo se in illum occulte immitteret, & præfocaretur aquis exploravit, sicque molestias vitæ suæ finire constituit. Verum! mox sonum quemdam de vicina arbore velut humanæ vocis sibi dicentis audivit: *Quid agis? desiste a malo proposito, ne animam perdas, & vade ad Beatam Virginem Montis Sancti, cujus Confraternitati es inscripta.* His intellectis toto corpore contremiscens hæsit attonita. Quærit auctorem hujus rei, sed non invenit. Gravi ergo metu concussa, desistit a tam nefando opere, & ne videretur amplius a suis domesticis, abire proposuit in regionem longinquam. Ast vix confecto horæ unius itinere, iterato in loco ipso, quo paulo ante sibi modum sui repentini interitus, Deus bone! paraverat, inventa est. O quanta tragædia! inde denique ad Montem Sanctum, quo Cœlitus vocabatur, contendit, ubi ad detergendam piis pœnitentiæ lacrymis, & vindicandam tanti sceleris ignominiam, sicut omnem impendit conatum, ita Divinis resecta Sacramentis pari pietatis ardore Christiparæ Coronatæ, cujus indubie patrocinio, communibusque Christifidelium precibus, & meritis Almi hujus Mariani Sodalitii, quibus per aggregationem fruebatur, æternam evaserat damnationem, studuit tam profundam ultro sibi oblatam magnificare pietatem. Huic tam mirabili, ac a sæculis inaudito eventui uniformantur Sancti Petri Damiani verba, qui ad Virginem vocem suam extollens sequentibus eam affatur: (62) *Quid tibi negabitur cum negatum non est, Theophilum de ipsis perditionis faucibus revocare? Nil tibi impossibile est, cui possibile est desperatos in spem beatitudinis relevare.* Concordat quoque sentimen Sancti Damasceni Clientes Virginis exhortantis: *Devotum tibi esse arrba est quædam salutis, quam Deus iis dat, quos vult salvos fieri.* Concludit tandem Sanctus Anselmus: (63) *impossibile est, ut aliquis homo ad eam conversus, & ab ea respectus damnetur.* Quare merito Petrus Morales sic Beatam Virginem loquentem introducit.

*Janua sum cunctis superam cupientibus Urbem,*

*Nec sine me quisquam rite beatus erit.*

LI. Nec minoris sane admirationis, & ponderis cenferi debet instantaneum illud curationis donum, quod altissima ejusdem Coronatæ Matris benignitate collatum dignoscitur superioribus Annis Margaritæ Marulzib Parochiæ S. Joannis a

Duino

( 62 )  
Serm. 1. de  
Nat. B. Virg.  
sub finem.

( 63 )  
Lib. de qua-  
tuor virtuti-  
bus B. Virg.

Divino. Hæc namque septem annis integris nonnisi fulcimentis adjuncta incedere poterat. Clauda licet igitur, & viribus debilitata, toto tamen animi fervore votum concipit adeundi augustam hanc Virginis Basilicam. Fulcimentis itaque suis innixa e Domo fortitudine fidei confortata egreditur prima die ad lares usque Goritienses profecta: Salcanum altera, tertia tandem abjectis fulcimentis pedetentim quamvis non ea cum facilitate ad verticem Montis appulit . . . . Ferventer hic *Nomen Sanctum Virginis* invocavit, & preces fudit, ut se Matrem in tam longa, ac luctuosa calamitate sibi demonstraret. Exaudivit Domina pro sua misericordia vocem ejus, eidemque protinus restituit expeditum ambulandi deinceps exercitium; cujus rei manifestum argumentum sunt fulcimenta ipsa etiamnum in hac Ecclesia pendentia; ac insuper Oppidanæ totius Communitatis fides publica experimento miraculoso comprobata. Quare vim ineffabilem Sanctissimi Nominis ejus contra omnia pericula, & adversus universos morbos energiam, Marianus quidam Theologus considerans, sequens apposite ei tribuit Elogium. Hæc vox sæpius proferenda egressuris, vel ingressuris magnum aliquod periculum, ægris, & moribundis, claudis, aridis, paralyticis, & oculorum lumine orbis: Verissima enim est (pergit idem) Divi Bonaventuræ sententia, *Omnipotens post Dominum Nomen MARIE*, de qua vere, ut meminit Richardus a S. Laurentio (64) dici potest illud Ecclesiast. 42. *in omni necessitate omnia obediunt ei.*

(64)  
Lib. 4. de laud. Virg.

LII. Hujus similiter summæ Dei-Parentis, qua (ut inquit idem Richardus a S. Laurentio (65)) *se suppliciter invocantibus favet*, virtutem omnipotentem luculentissimo didicit testimonio Valentinus Capellaris Goritiensis, dum in curru cum filiabus suis Lifonzium vicinum fluvium permeare attentasset, qui derepente ultraquam in votis erat naturali impetu acti, & aquis collotenus jam immerfi absque dubio periissent, nisi adjutricem manum Virgo potens (cujus illi magno cum pietatis ardore subsidium exorarunt) porrexisset. Memor itaque Parens votivæ obligationis Anno 1744. Die 20. Julii Ædem hanc pie visitavit, & in perennem impetratæ gratiæ recordationem specialissimæ Advocatæ sacrum obtulit Anathema.

(65)  
Lib. 2. de ejusd. laud.

Dicat ergo, dicat jure merito MARIA totius mundi pro-

rectrix, & Domina: *Ego quasi nebula texi omnem carnem* (66). Protegit enim ipsa vere fideles suos servos, ne eis vel ipsa noceant elementa, ut testatur memoratus Richardus, (67) & ut taceamus hic de aliis, nobis duntaxat sermo sit ad propositum de aquæ elemento, de quo idem sic fermocinatur. *Protegit in aquis eosdem suos servos, quibus amanter cum Filio loquitur: cum pertransieris aquas, tecum ero, & flamina non operient te; (68) ipsa enim navis quedam est, quæ amicos suos naufragantes in fluctibus hujus maris suscipit.*

LIII. Eodem Anno quædam Parochiæ Cirknicensis fœmina maleficio, & incantationibus acriter longo tempore molestata, inquietam plurimum cum mœrore, & planctu vitam ducebat, spiritualibus non obstantibus successive per Ecclesiasticas personas ad eam sublevandam adhibitis adminiculis. Saluberrimo denique cujusdam timorati Viri consilio disponitur ad votivam hujus Sancti Templi peregrinationem, qua plena cum spe in Virginem Matrem suscepta, & pari cum devotione absoluta, sublato a MARIA maleficio, sana in illa hora facta est, seseque personaliter stitit in festis Pentecostalibus ejusdem Anni ad solvendum votum, & laudes Divinæ Auxiliatrici celebrandas. Non immerito proinde Sanctus Ephræm Syrus (69) optime conscius de insigni Sanctissimæ Matris ad sublevandos mortales adjutorio dixit: *Non nobis est alia nisi in te fiducia o Virgo sincerissima. Ex ulnis siquidem Maternis tibi Domina nostra dediti sumus miseri, tuique clientes appellati. Tu enim noster es portus o Virgo intemerata, & Præses, pique auxiliatrix.*

LIV. Eodem similiter Anno 25. Martii ipso videlicet Annuntiationis Angelicæ die festo, quo Verbum Caro factum est; ne homo, ut advertit Sanctus Leo Papa (70) *Diholica iniquitatis versutia actus in culpam contra Dei propositum periret*, adducitur Puella quædam energumena, tartareisque coarctata potestatibus. Nihilominus intra brevissimum temporis spatium audito ab iisdem solius gloriosissimæ heroïnæ Nostræ Nominis pie invocati imperio, procul pavidi ea libera undequaque relicta diffugerunt. Ceterum de illius in omnes Dæmones potentia, & fuga Sanctus Angelus (71) Angelico suo sermone, sequentem ad propositum valde piam Mariophilis reliquit memoriam. *Super*

per omnes etiam malignos spiritus ipsam sic DEUS potentem effecit, ut quotiescunque ipsi aliquem hominem Virginis auxilium ex charitate implorantem impugnaverint, ad ipsius Virginis nutum illico pavidi procul diffugiant, malentes pœnas suas, miserasque sibi multiplicari, quamejusdem Virginis potentiam super se taliter dominari.

LV. Eodem Anno R. D. Capellanus Prapert Soffensis Domini inferioris Carniolæ in incurabilem plane etiam Phisicorum opinione ægritudinem inciderat: Quod dum intellexisset, quantocius ad hanc Almam Matrem velut ad Sacram anchoram, ut ad portum exoptatæ salutis pervenire posset, votiva deprecatione, & spe confugit; Nec suo fructu postulatio ejus cecidit inanis, & vacua; siquidem statim convalescere cœpit, & fugato per Virginem in integrum morbo, pedester votum solvit, gratiasque summas persolvit. Sapientissimum propterea Religiosissimi Thomæ de Kempis (72) ad Marianos Alumnos extat consilium eisdem sic alloquentis: *Si consolari in omni tribulatione quaritis, accedite ad MARIAM Matrem JESU, & omnia gravamina vestra aut cito recedent, aut leviora fient. Eligite in Matrem specialem & Advocatam, & salutate eam Angelica salutatione frequenter, quia hanc vocem audit valde libenter.*

(72)  
3. part.

LVI. Ad hoc Templum divinæ gloriæ ornatissimum Anno 1745. audita miraculorum frequentia, quæ benignissimus Deus ad nutum Matris ejus operari non cessat, confidenter festinarunt ex Carinthia Vir quidam cum sua Uxore, & Filio jam a pluribus annis perfectō usu rationis ex parte. Collacrymantes hi tum propriam, qua molestabantur infirmitatem, quam filii miserandam sortem, ad impetrandum unicum Virginis suffragium; ad eam corda sua, voces, & opera direxerunt, quo factō mox ab hac, ut perenni curationum fonte salus omnium promanavit, ita ut, & filius pristino fuerit rationis lumine illustratus, & Parentes firma ditati valetudine plenam animi fenserint oblectationem. Jure sane merito S. Joannes Damascenus (73) hanc ob causam eam *Antistitem vitæ* nuncupavit, eo quod post Deum Auctorem vitæ principatum in vitam mortalium omnium sibi vendicet, cujus nutibus universa vitæ nostræ momenta decurrunt. Quamobrem etiam B. Germanus Ar.

(73)  
Orat. 1. de Nativ. B. V.

chiepiscopus Constantinopolitanus (74) eam omnium Pa-

(74)  
Orat. de Pref. sent. B. V.

*trocinium, omnium gaudium, ac plenam animi oblectationem esse dixit.*

(75) Sap. 7. LVII. Eodem Anno Mulier alia ex Pago Tomai oculorum languore confecta, prolem præterea pepererat corporis, animique viribus, & sensibus ita enervatam, ut de vitæ ejus jam nemo pene confideret; nam in ejus pectore spiritus velut egressurus anxie palpitabat. Nec alicubi desolationis hujus lenimen invenire potuit, nisi confugiendo ad hunc *Dei paræ Montem* velut benedictionum Marianarum, & bonorum omnium scaturiginem, cujus obsequio se, suamque prolem piis affectibus mancipavit. Et en inopinatam metamorphosim! adfuit statim Gloriosa Virgo revera *imago Bonitatis Divinæ* Regio attestante Sapiente, (75) & non modo Matri oculorum lumen restituit, sed & soboli vitam donavit. Apposite hic Leo Quintus piissimus Imperator Occidentis (76) vere agnoscens Dei Parentem *Montem* quemdam esse, in quo bonorum, perfectionumque omnium Thesaurus Deus absconderat, alludit ad Regii Prophetæ de Virgine cantatum vaticinium: (77) *Mons coagulatus, Mons pinguis, Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo,* eam in hunc modum religiosissime salutando: *Ave Mons pinguis, cujus pinguedinem videns naturæ Cultor, & Sator ex Te omnium bonorum abundantiam nobis produxit.*

(78) Matth. 5. vers. 45. LVIII. Probe etiam intellexit Virginem hanc bonorum omnium communicationem, & copiosam bonitatem Divinæ æmulatricem, quæ sui ipsius (78) *pluens super justos, & injustos* diffusiva est, Georgius Iska Parochiæ Jelfhanensis jam a pluribus Annis in dementiam prolapsus, quem dum filius, & domestici huic Stellæ matutinæ, quæ æterna luminis sui claritate omnes Ordines Beatorum, & Viatorum, teste Richardo (79) illuminat, ferventissimis unitim supplicationibus devovissent, ab ejusdem mirifica divitiarum sibi a Deo concreditarum liberalitate protinus integritati mentis restitutum mirati sunt. Verumtamen, quod Domino fideliter promiserunt, quia ut decet, adimplere neglexerant, in eandem infelix tractu temporis lapsus est vesaniam. Denuo nihilominus in fide ille nil hæsitans supplicabundus ad Ostium hujus Divinæ Matris pulsavit, quæ quia *Abyssus est in bonitate, & misericordia profundissima,* (80) mentis ipsius maculas iterato deterisit, & tenebras pepulit, velut Israeliti-  
cum

(80) S. Bonaventura cap. 5. Speculi.

cum aureum candelabrum septenario luminis fulgore conspicuum, in quo Virgo nostra figurabatur; hinc disertissimus Leo Imperator (81) eam sic affatur: *Tu vero tanquam perpetuo lumine collustratum Candelabrum tenebras pellis,* (81) *cujus virtutem, Divinumque splendorem universum mundum irradiantem agnoscens* (82) S. Epiphanius quasi extra se positus, admirationeque percussus exclamavit: *O candelabrum Virgineum, quod illuminavit tenebris involutos . . . repellens tenebras, & lucem splendere faciens.*

LIX. Eodem felicitatis omine attingit metam votorum suorum Maria Mechenzhou Oppidana Haidoviensis, dum ad eisdem Marianę munificentię fores pulsavit ob amissum ex integro per semestre unius oculi visum. Hęc ardenti curationis accensa desiderio Virginis hujus Basilicam invisit, moxque in ingressu ad MARIAM Divinę charitatis promptuarium (83) oculos sustulit, & ecce, dum inter Vesperarum solemniam miraculosa Imago copiosissimo Populo 23. Augusti veneranda revelatur, Alma Mater cœcutienti oculo suspirantis famulę lumen vultus sui, benigne infudit; sanumque illo momento recepit cum ingenti stupore, & gaudio adstantium Christifidelium laudantium, & benedictiam mirabilia opera ejus. Quis ergo erit, qui identidem cum Seraphico Patre Bonaventura tantorum bonorum indispiscendorum accensus desiderio ad concinendas laudes illius non excitabitur? & animitus illi non concinet? *Exaltabo te Mater Dei, & per singulos dies cantabo laudes tuas: Generatio, & populi laudabunt operatua, & misericordiam tuam Insulę expectabunt . . . Laudationem tuam loquetur lingua mea, & benedicam te in seculum, & in seculum seculi.* Psal. 144.

LX. Sic eodem die, & anno Mathias Stemberger votivum pensum, quod sponderat, solvit, Sacrosanctum nempe Coronatę hujus Deiparę Templum, de qua canit David, (84) *Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus,* devote visitando; Ejsdem siquidem bonitate, ac clementia ab incurabili pedum contractura, qua sexennis filius suus integris quinque annis, omni incedendi facultate spoliatus laborabat, incolumis evasit. Pulchre hic iterum subintrat Richardus loco supra citato circa finem, ubi varios dilaudandę Dei Parentis modos enumerans, sequentem gratissimum etiam Virgini esse dixit: videlicet memorias, seu templa

(81) Homil. 6.

(82) Lib. de Lav. Virg.

(83) Methodius Orat. hypo Dom.

(84)

(84) Psal. 47.



pla sincera cum devotione a fidelibus esse frequentanda: Ut dicere valeamus, *stantes erant pedes nostri in atrii tuis, Jerusalem, tuis inquam o MARIA; & pergit idem: inter reliqua dixisse fertur Teophilo, maxime se eos diligere Christianos, qui recta fide, puraque conscientia ad ipsius Tempia recurrere consueverunt.*

Sit igitur dulcissima Virginis nostræ Gloriosissimæ memoria, qua nil utilius, ut ait Sanctus Anselmus devotissimus ipsius discipulus, nilque jucundius, sit inquam imis cordis nostri fibris, medullisque inserta, & radicata, & ut de excellenti illa charitate, qua eam ipsa personalis divina charitas replevit, pro modulo nostro participemus, cum Seraphico ipsius Psalmista Bonaventura magno amoris affectu identidem ei concinamus: *Diligam Te Domina cæli, & terræ, & in gentibus nomen tuum invocabo* Psal. 17.

Clauo tandem etſi interminabilem beneficiorum Marianorum Syllabum, & miraculorum summam, quæ in præſenti etiam capite recensenda ſuſcepi, verbis dulcissimis, & ſolatio plenis Sancti Ephræm Syri (85) qui optime conſcius de inſigni Sanctiſſimæ Matris ad ſublevandos mortales adiutorio, ſequens attexuit Elogium: *Sub Tuum præſidium confugimus o Sancta Dei Genetrix, ſub aliſ pietatis atque miſericordiæ tuæ protege, & cuſtodi nos . . . Non nobis eſt alia niſi in te fiducia o Virgo ſinceriffima . . . Ex ulnis ſiquidem Maternis tibi Domina noſtra dediti ſumus miſeri, tuique Clientes appellati. Tu enim noſter eſ Portus o Virgo intemerata, & Præſes piaque auxiliatrix.* Merito proinde ad propoſitum præclare argumentatur idem Richardus (86) *quidquid beatitudinis ab illo magno Mari, ideſt ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum pervenit, totum per eam venam deſluit. Et ideo quicquid nobis mittitur de ſupernis per gratiarum actionem ad eam referendum eſt, per quam Mediaticem habemus proculdubio quicquid gratiæ obtinemus.*

Verum enim vero ſi, ut præterea proteſtatur mellifluus Doctor Bernardus: *Non venit ad veniam, qui neſcit amare MARIAM*, digni effici optamus indiſpenſabili ejus patrocinio, ſapienter de more hortatur, & obte-

(85)  
Serm. de  
Deipara.

(86)  
Lib. I. de  
laud. Virg.  
cap. 6.

obtestatur ipsissimus Deiparæ cultor Richardus. (87) *Amate dilectissimi, quam colitis, & colite, quam amatis; quia tunc eam vere colitis, & amatis, si imitari velitis ex toto corde quam laudatis. Vera enim laudatio cordis, & oris, imitatio est operis.* (87) *Anna* (87) *Lib.2. par. 6.*



## CAPUT NONUM.

*Explicantur quedam præliminaria, quæ ad Coronationis Solemnia Beatæ Virginis Montis Sancti juxta formam Vaticani Ritus præmissa fuere.*

- (1) **I.** Quandoquidem (1) Regali ex progenie *MARIA* exorta refulget, oportebat, inquit S. Joannes Damascenus (2) *DEI Matrem ea, quæ Filii erant, possidere, atque ab omnibus rebus conditis, ut DEI Matrem adorari: quanquam enim semper ita comparatum sit, ut hæreditas a parentibus ad filios devolvatur, nunc autem sursum Sacrorum fluminum fontes fluunt; etenim Filius Matri res omnes conditas in servitutem adduxit.*
- (2) *Orat. 2. de Assump. Virg.*
- (3) **II.** Nec id mirum plane videri debet, quia Mater est illius Filii de quo dicitur (3) *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, & omnia per ipsum facta sunt*
- (4) *consequenter ob donum omnium maximum Divinæ videlicet Maternitatis eidem competere clare dignoscitur Unigeniti Filii sui Imperium & Potestas super omnes creaturas juxta celebre testimonium Divi Athanasii (5): Ipse Rex est (ait) qui natus est ex Virgine, idemque Dominus, & DEUS: ea propter, & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara proprie, & vere censetur . . . Concluditque Sanctus Antoninus (6) MARIA propter Christum Imperatrix, & Monarcha est mundi.*
- (5) *Serm. in Evang. Deip.*
- (6) *4. part. tit. 15. cap. 29. parag. 9.*
- (7) **III.** Condecens igitur erat, ut ob Imperii hujusmodi, & universalis Monarchiæ sublimitatem sicut in Cælis *CO. RONATA TRIUMPHAT* (7) ita in tesseram ejusdem in sacrosanctis suis Iconibus coronaretur in terris, prout Rupertus Abbas egregie ad propositum nostrum adstruit
- (8) *lib. 3. in Cant.*
- (8) *(8) dicens: Veni coronaberis; & ita coronaberis, ut in Cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina sis Regnorum: ubicunque enim prædicatum fuerit illud de dilecto Filio tuo (9) dictum: Minuisti eum paulo minus ab Angelis; gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum*
- (9) *Psal. 8.*

eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum) *prædicabitur, & de Te, quod sis o Dilecta, & Mater bu- jus coronati, ac proinde Regina Cœlorum totum jure pos- sidens Filii Regnum.*

IV. Quamobrem ad honorificandam specialiori quodam cultu in via hanc *Dominam summam, & unicam Do- minatricem cœli, & terræ* (10) nil spectabilius! magni- ficentius nihil menti occurrere potuit, quam ut ejusdem Sacratissimæ Icones miraculorum præsertim fama illustres, quæque ab immemorabili jam tempore populorum undique concurrentium fluxu, & refluxu indefesso pietatis studio recoluntur, & frequentantur juxta piissimam adinventio- nem Comitum bonæ memoriæ Alexandri Sforziæ a Sede Apo- stolica approbatam Basilicæ Sancti Petri in Urbe Cano- nici solemniter coronarentur amplissimo ad hunc finem ab eodem relicto patrimonio; ita omissis hic pluribus aliis coronationibus, quæ in pluribus Italiæ locis sumptibus ejusdem nonnisi maxima cum devotione, & ingenti me- ritorum cumulo peractæ fuere, ut miraculosissima pariter hæc *Divæ Virginis Gratiarum Montis Sancti Effigies* pri- ma post Tersactensem Germanico in Imperio pari ritus solemnitate cum Divino Pulsionem aureis redimeretur coro- nis, ad Illustrissimum, & Reverendissimum Vaticanum Capitulum ultimæ voluntatis Sforzianæ executorem humil- jimus supplex Libellus fuit præsentatus sequentis tenoris.

( 10 )  
S. Ansel. Lib.  
de excellen.  
Virg. cap. 9.



## V. Illustrissimi , e Reverendissimi Signori .

**N**ella Chiesa de Minori Osservanti Riformati di Monte Santo di Gorizia sotto il Patriarcato d' Aquileja fu sino dall' Anno 1544 collocata una Santa Immagine di MARIA Vergine detta delle Grazie , la quale secondo s' ha per tradizione dell' Anno 1539. apparve tre volte ad una Pastorella semplice , e devota per nome Orsola Ferligoinizza comandandogli dicesse al Popolo , che ivi edificasse una Chiesa in suo onore , e chiedessero grazie ; onde per l' immensità de miracoli , e grazie ivi fatte acquistò quel luogo il nome di Monte Santo , e da indi impoi è stata sempre frequentata la visita di quella Santa Immagine , particolarmente dalle feste di Pasqua sino a tutti i Santi , di modo tale , che nelle principali feste s' è sperimentato convenirvi più di dodici milla persone .

E perchè Illustrissimi , e Reverendissimi Signori vien fatta istanza alli Padri del medemo Convento Servitori umilissimi delle Signorie VV. Illustrissime , e Reverendissime da tutto quel Popolo , e specialmente dalli Tribunalisti , Magistrato , e Cittadinanza non meno che da Principi Stranieri di promuovere la Coronazione d' essa Santa Immagine , offerendo con ogni liberalità di soddisfare qualunque spesa farà per occorrere , avendo a tal fine una Benefattrice fatte fabricar le corone di puro , e fino oro , e considerando i medemi Oratori di quanto maggior frutto speciale può essere tal coronazione con accrescersi maggiormente la divozione alla gran Madre di Dio , umilmente supplicano le Signorie VV. Illustrissime a degnarsi di decorare quella Santa Immagine , con permettere , ed ordinare la pubblica coronazione , ed in tanto commettere a Monsignor Patriarca d' Aquileja , che faccia formare il processo per comprovare l' Origine , antichità , e molteplicità de miracoli , e grazie , e finalmente il concorso del Popolo , come pure di visitare le corone già fatte , affinchè dopo saranno capitate alle Signorie VV. Illustrissime le necessarie giustificazioni abbiano maggior motivo di esaudire con gli Oratori tutti quei fedeli devoti di MARIA , e della grazia ec.

A tergo

A tergo

All' Illustrissimo, e Reverendissimo Capitolo di S. Pietro in Vaticano.

Subtus

Pro informatione. All' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor Patriarca d' Aquileja nel Capitolo sotto li 21. Giugno 1715.

*Pietro Francesco Bussi Canonico Secretario*

Per

**Li Religiosi Minori Osservanti Riformati del Convento della Madonna di Monte Santo di Gorizia Aquilejensis Dioecesis.**

Ad quem porro Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Patriarcham idem Vaticanum Capitulum pro capienda informatione an prænominatus supplex libellus in ordine ad impetrandam gratiam Coronationis sit veritati conformis? sequentes dedit Litteras.

## VI. Illustrissimo, e Reverendissimo Sig. Patrone Colendissimo.

**A** Vendo li Religiosi Minori Osservanti Riformati del Convento della Madonna di Monte Santo di Gorizia nella Diocesi di V. S. Illustrissima fatta istanza, perchè sia da Noi Coronata quella Miracolosa Imagine di Maria Vergine, essendo (come essi Religiosi hanno posto nella supplica) già pronte le Corone di puro, e fino oro fatte fabricare a quest' effetto da una pia Benefattrice, siamo a pregare V. S. Illustrissima per poter dar compimento a questa santa Opera di volerci trasmettere un attestato dell' antichità, e miracoli di detta Imagine, con assicurarci ancora di non esservi altra Corona d' oro, tali essendo le Leggi a noi imposte, e da noi esattamente osservate in simili congiunture. E' necessario parimente, che nelle dette Corone d' oro vi siano le armi del Nostro Capitolo, e restino perpetuamente affisse all' Imagine Coronata, come di tutto ne darà più distinta notizia quello, che da Noi sarà destinato per venire costì ad eseguire la Coronazione, mentre senza più attendiare V. S. Illustrissima riverentemente le bacciamo le mani.

*Devotissimi, ed Ossequiosissimi Servitori  
al Capitolo, e Canonici di San Pietro.*

Quod autem copix hujusmodi nempe tam supplicis Libelli postulatorii, quam Epistolæ requisitorialis concordent cum respectivis suis Originalibus, colligitur hoc ex fide Publici Cæsarea auctoritate Notarii infrascripti, cujus seriem hic subjungimus.

Præmissum supplicem Libellum sicut & Epistolam sic requisitus Franciscus Antonius Zannutthi Publicus Cæsarea auctoritate Notarius tacta prius collatione concordare reperi cum suis authenticis copiis mihi exhibitis, & aliena fida manu extractis ex suis originalibus. In quorum fidem se subscripsit, authenticavit, & Sigillo munivit appposito de more tabellionatus sui signo.

(L. S.)

Justitia, & pax osculatæ sunt.

Nos

Nos Antonius S. R. I. Comes a Rabatta, Lib. Bar. de Dorimbergo, Dominus Canalis, Suae Sac. Caesareae Regiae, Catholicaeque Majestatis actualis intimus Consiliarius Cubicularius, Praeses Excellsae Intendentiae Commercialis Austriae interioris, Supremus haereditarius Stabuli Praefectus, & Capitaneus Illustrissimi Principalis Comitatus Goritiae, Administrator Gradiscæ, & Aquilejæ &c. &c. Fidem facimus & attestamus superscriptum Dominum Franciscum Antonium, Zannuthi esse talem, qualem se facit, cujus publicis, & authenticis scripturis plena hic adhibetur fides, ac ubique locorum merito adhibenda venit. In quorum fidem ec.

Goritiae die 18. Martii 1739.

(L. S.)

*Julius Andreas Bevilaqua Actuarius  
juratus Cancellariae Nobilium.*

VII. Ad accelerandum porro hoc ter-Sanctum, terque ardentissimis votis ab omnibus acclamatum opus, & Coronandæ Virginis triumphum, examinato a Sede Patriarchali tenore requisitorialis Epistolæ atheniæ Vaticani Capituli protinus ejusdem Metropoleos Primas vigilantissimus pro ferventissimo suo, quo erga Thaumaturgam hanc Gratiarum Matrem ferebatur, obsequio testimoniales dedit, & ad Urbem promovit litteras, quarum vigore æquum, & justum in Domino censuit, ut ad solemnem præacti operis executionem omnino deveniri possit; siquidem singula, quæ ex Lege ipsius Vaticani Instituti hunc in finem præcepta, & ordinata esse dignoscuntur, prout supplicantes Oratores exposuerant, vera omnino esse affirmavit.

VIII. O vere Divinum Divinae Clementiæ Thronum Virginem Beatam! ex quo Deus tales, ac tantas dispensare statuit gratias, ut Sanctus Germanus (11) eam alloquens, sicut merito exclamavit dicens: Non est reverentia finis tue magnitudinis, non est ulla satietas tue de-

(11)  
Serm. de Zonna Virginis.



fensionis , non est numerus tuorum beneficiorum, ita San-  
ctus Bernardus ( 12 ) differens de Potestate , & Imperio  
eiusdem DEIPARÆ provocare omnes minime desistit , ut  
ad illius potentissimum necessum omnino sit, confugiant  
patrocinium melissuis verbis illis : Non deest MARIE  
potestas, quia Mater est Omnipotentie: nec imperandi in-  
dustria; quia Mater est Sapientie: nec voluntas; quia  
Mater est Misericordie.

( 12 )  
Homil. 1. fu-  
per Missus  
est, & alibi.



( 11 )  
scem. de Sa-  
as Virginia.

CAPUT DECIMUM.

*Exhibet Circulares invitatorias ad stabilitum Diem MARIANÆ Coronationis.*

I. **H**is interea omnimoda cum sollicitudine recte dispositis, & ordinatis, non longam post temporis moram præmemoratum Illustrissimum, & Reverendissimum Vaticanum Capitulum, visa ut diximus prælaudati Primatis Aquilejensis veridica relatione, & attestatione, confestim favorabile tulit decretum, nempe ut quandoque libuerit, opus præsignificatum perfici possit, & valeat. Præterquam enim quod optime noverat, quod insolita alias hujusmodi Coronationis solemnità tam ob populorum confluentiam, quam propter gratiarum affluentiam bona plurima universo fidelium cœtui, meritorumque accrementa essent allatura, efficacissimum insuper futurum posthac arbitratur argumentum fidelibus utriusque sexus in immensum proculdubio propagandis æmulandi charismata meliora in Ordine ad longe majorem, & perpetuandum erga Deiparam cultum, & devotionem.

II. Collatis igitur prius mature consiliis circa temporis opportunitatem, & institutionem hujus Solemnitatis, occurrerat sexta dies Mensis Junii, quæ utpote magis ad propositum ejus accomodata, præfixa pariter, & firmiter stabilita fuit, ad quam proinde Pontificaliter peragenda annuente eodem Vaticano Capitulo ab Excellentissimo, & Reverendissimo Domino Domino Georgio Spinula Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Archiepiscopo Cæsareæ &c. &c. ac Sanctæ Sedis Apostolicæ apud Sacram Cæsaream Majestatem Carolum VI. Imperatorem cum facultate a Latere Nuntio Apostolico &c. specialiter deputatus fuit Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Dominus Georgius Franciscus Xaverius de Marotti Episcopus Petinensis, Sacr. Cæsar. & Catholicæ Majestatis Consiliarius, Præpositus Rudolphsbertensis Archidiaconus per Carnioliā inferiorem, & Marchiam Sclayoniam &c.

II. Quemadmodum vero ex authentico, & Legali instru-  
mento infra apponendo tota series ejusdem solemnitatis ritu  
Canonico celebratæ abundantius patebit, ita ut prædefinita  
dies omnibus, & singulis innotesceret, & divulgaretur tam  
per hæreditarias Domus Austriacæ Ditiones, quam per exte-  
ras Provincias, & loca, Circulares invitatoriæ e suggestibus  
per Ecclesiarum Administratores publicandæ amandatæ, &  
distributæ fuere. Quarum sensum hic subnectimus.

### INVITATIO

pro

**CORONANDA VIRGINE DEIPARA**

**ADMIRABILI GRATIARUM MA-**

**TRE**

Conventus Montis Sancti

In inclyto, & principali Comitatu Goritienfi supra Salcanum

(situati

Et a Fratribus Minoribus S. Patris Francisci Reformatæ Pro-  
vinciæ sub invocatione Sanctæ Crucis Croatiae, & Carniolie

Officiati:

Ubi secundo jam seculo innumeris indies clarescit prodigiis,  
magnoque fidelium concursu jugiter invisitur,

atque honoratur

Cujusque miraculosissima IMAGO de Summi Pontificis  
clementissima approbatione,

Et Illustrissimi, ac Reverendissimi Capituli Vaticani

Sancti Petri in Urbe speciali consensu

duabus Coronis ex auro obryzo conflatis, gemmisque  
exornatis una cum Divino Filio secunda

extra Italiam

Celeberrimo ritu, & apparatu

Die sexta Mensis Junii Coronabitur

Anno MDCCXVII.

IV. Cum plurimi utriusque sexus clari Nominis Maria-  
ni Clientes exemplo coronatæ Tersactanæ Virginis emulo  
pietatis studio illecti consimili honore hanc adeo miracu-  
losam **MARIÆ ICONEM** condecorandam piis tener-  
rimisque identidem urgerent precibus, & calentibus  
suspici.

suspirarent votis, ea propter ad Illustrissimum, & Reverendissimum Urbis, & Orbis Vaticanum Capitulum ea qua par est demississima animi veneratione humilis, & devota facta fuit supplicatio, quatenus attentae fideli, ac circumstantionata sibi exhibita relatione de portentosa origine, & progressu celebris hujus Sanctuarii totius latæ Patriæ desideriis gratiosum præberet indultum.

V. Quare ponderatis cunctis hujus Sanctuarii magnalibus, quæ per ejusdem Thaumaturgæ Virginis intercessionem operari dignatus est Dominus, & comperta prius per authenticum, & formalem processum *Miraculose ejusdem Imaginis* veritate, & supernæ virtutis efficacia, tandem sicut iustis supplicantium petitionibus ad perpetuam tam excellentis operis memoriam annuere placuit, ita ad majorem Dei gloriam, atque ter admirabilis, & Immaculatæ Matris suæ honorem conclusum, firmiterque stabilitum fuit, ut ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Georgio Francisco Xaverio de Morotti, Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Petinensi Sac. Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis Consiliario, Præposito Rudolphsbertensi, Archidiacono per Carnioliam inferiorem, & Marchiam Schlavoniam ad hujusmodi solemnem coronationis actum publicum juxta methodum sibi ab aldicto Capitulo præscriptam die sexta Junii currentis Anni 1717. omnino procedatur, & Pontificali ritu executioni detur, & quidem cum Indulgentia Plenaria concessa per specialem Bullam feliciter Regnantis Pontificis Clementis XI. omnibus utriusque sexus Christianifidelibus integro octiduo duratura.

VI. Ad hanc porro solemnitatem confertissimo coram Populo late undique concursuro coronandæ cum JESULO a Mirratis Præfulibus Augustissimæ, & Gloriosissimæ Cælo-rum Regine, ut Marianum hoc Victricis Virginis tropheum Austriacum Romano-Catholicæ Majestatis repleat Orbem perhumaniter, ac perdimisse invitantur Inclitæ Status, & Ordines hereditariarum Provinciarum Styriæ nempe Carinthiæ, Carniolæ, & Comitatus Goritienis, Clerus demum, & populus, omnesque Christianifideles circumvicinarum etiam partium Serenissimæ Reipublicæ Venetæ

VII. Ut vero dies præfixus singularis hujusmodi celebritatis circumfulsis regionibus sufficienter pateat, Excellensissimi, Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Domini

Dioecetani, & Locorum Ordinarii, eorundemque Vicarii Generales, Præpositi, Archidiaconi, Decani foranei, Ecclesiarum demum Rectores, & Regularium Prælati ad quos hæc pervenerint, instantissime rogantur, ut prænominatum diem per subalternos suos Dominos Parochos, Vicarios, Curatos, & Concionatores Sacris & suggestibus fidelibus promulgare dignarentur, populumque concreditum omni possibili efficacia adhortari, quatenus unanimi devotionis zelo ad triumphalem Divinæ Matris, ejusdemque Filii coronationem accedere, saluberrimamque hanc suscipere, & absolvere velint peregrinationem, ut sic ex mobilius, & excellentius isthic gloriosissimus Magnæ Dominæ Coeli, & Terræ triumphus condignis laudibus, & encomiis celebretur, quo a majori Populorum confluentia coronabitur. Quotquot enim devoti accedent, Virginem coronabunt vices relaturi cum universis, & singulis **MARIÆ** consodalibus; ejusdem siquidem titulari suffragio præmia decernentur meritorum, & distribuatur Corona Gloriæ, quam repromisit Deus: Qui (teste Divo Bernardo (1)) *totum nos habere voluit per MARIAM.* Datum in Monte Sancto supra Salcanum Die 1. Maii 1717.

(1)  
Serm. de Nativit.

*Fr. Romualdus Sitter p. t. Guardianus, & Religiosus ejusdem Conventus.*

(2)  
Psal. 45.

VIII. Venite ergo (invitat vos Regius Propheta David (2) & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, hoc est super hunc Montis Sacratæ verticem, ipsam nempe Sanctissimam Virginem **MARIAM**, quæ propter perpetuam regnandi claritatem Regali Stellarum micantium est redimita corona juxta illud: (3) *In capite ejus corona stellarum duodecim.* O Miraculum omnium miraculorum.

(3)  
Apocalyp. cap. 12. v. 1.

(4)  
Orat. 1. de Nativit.

(5)  
Lib. de Ascensum in princip.

Sanctus Augustinus (5) & obstupescens dixit: *Hujus dignitatis, & gratiæ effectum nec cor concipere, nec lingua valet exprimere.*

IX. Et si denique cupitis devoti Clientes, atque terrestribus ihujus, & gloriosi triumphis spectatores participes fieri in Coelis

Coelis Glorïe coronandæ Matris Dei, fidenter, & securi  
adite Thronum hunc Divinæ misericordiæ. Petite, & ac-  
cipietis, si bene petieritis: Pulsate ad januas hujus Ma-  
rianæ Aedis, & aperietur vobis; prostant enim vobis HIC  
sicut promisit FIDELIS VIRGO, apertis, ubique Re-  
giis Valvis promptuaria gratiarum, ut sic gloria, & ho-  
nore coronari Faciè ad facièm in perpetuas æternitates  
eam aliquando contemplare possitis.



## CAPUT UNDECIMUM.

*Transfertur processionaliter simulacrum Coeleste Miraculose Virginis ab Aede Montis Sancti ad Urbem Goritiensem, ubi in Foro Traunich nuncupato, spectante populi universitate solemniter coronata fuit.*

- ( 1 )  
Eccles. c. 24. **T**ransite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini: ( 1 ) Ita per os Sapientis perpulchre ad propositum thema ad se convocat universos Dei Sacra Parens: Recuperatrix perditæ Orbis, restauratrix sæculorum, & renovatrix humanæ naturæ. Quem locum expendens Hugo Cardinalis quidnam sit ad Virginem transire? ait: *Transite* ( inquit Sponsa ) *ad me omnes qui concupiscitis me honorare, & a generationibus meis adimplemini, idest operibus meis, & qui volunt me honorare, studeant me imitari.* Idcirco Christus Virginitatis germen Coelestis Spiritus Sancti obumbratione exortum Sponsam suam per dilectam sic affatur: ( 2 ) *Veni de Libano sponsa mea: veni coronaberis, ac si diceret*

- II. Veni inter homines DOMINA, in cujus manibus totius humanæ naturæ Ancilla subsistit, juxta illud: ( 3 ) *Sicut oculi Ancillæ in manibus Domine suæ.* Inter cælos EMPYREUM. In cujus ambitu incomprehensibilis Dominus existit comprehensus ideo: *Cælum cæli Domino* ( 4 ). Inter Principes REGINA in Regno cælorum semper cum Filio suo regnans, *ideo asistit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato* ( 5 ) hoc est: *virtutis honore, & nobilitate circumdata varietate, seu multiplicitate virtutum,* ut advertit Cyrillus Alexandrinus, ( 6 ) inter sapientes MAGISTRA primos Christianæ sapientiæ Doctores cælestis doctrinæ dulcedine stillando docens; ideo: *Favus distillans labia tua Sponsa* . . . . . ( 7 ) Inter Angelos SE-

RAPHIN amoris faculis languescens, ideo: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo* (8)

(8)  
Cant. cap. 2.

Inter Divinas Personas FILIA: MATER: SPONSA. FILIA PATRIS: ex cujus ore præelecta prodivit primogenita, ideo:

*Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam.* (9) MA- (9)

(9)  
Psal. 44.

TER FILII, quem claustrum pudoris integritate servata vere generare meruit, & ideo: *Unica est perfecta mea; una est Matri suæ electa.* (10) SPONSA denique SPIRI-

(10)  
Cant. cap. 2.

TUS SANCTI, ideo: *Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni* (11) coronaberis.

(11)  
Ibidem.

III. Quemadmodum ergo Unigenitus Dei Filius olim præ-

cellam Matrem suam velut complementum Trinitatis (12) ac totius Trinitatis requiem (13) & cum eo gloriosa illa

(12)  
Eucherius  
Orat. de B.V.

cœlestium Civium multitudo optime agnovit MARIAM tanta corruscare puritate, ut omnium perfectionum haberet thesaurum, eamque in ipsa nitescere sanctitatem, ut pleni-

(13)  
S. Bonavent.  
in specul.

tudinis Sanctorum possideret detentionem, dignissimamque ipsorum debere esse REGINAM, & CORONAM San-

ctorum omnium in Cœlis agnovit, ideo: VENI CORO-

NABERIS: Ita pariter eadem Sponsa cœlestis, non dis-

simili sane argumento, ad Sacrum hunc Terrestris corona-

tionis suæ diem invitare quodammodo videbatur omnes, & singulos, qui eam honorare, & Deificis gratiæ suæ opera-

tionibus repleri cupiebant, & imitari desiderabant, ut quod alioquin celebrare delectat, imitari non pigeat.

IV. Certe quam admirabili gloria, & honore hæc Alma soleinnitas celebrata fuerit exemplarissima cum devotione,

amplius constabit ex serie sequentis narrationis, quam familiari stylo, & rescata omni verborum affectatione polle-

ritati transmittimus ad magnificandum gloriosissimum Virginis Coronatæ triumphum, prout privatis aliquibus in foliis scriptum, & obiter adnotatam reperimus.

V. Quare ad avertenda omnium primo pericula, & inconvenientia prudenter prævisa, aliave incommoda, quæ

occurrere poterant, attentata potissimum Sanctuarii hujus angustia relate ad innumerabilem ferme concursuri populi multitudinem, provide fuit institutum, accedente plurimo-

rum Magnatorum instantia, ac totius Senatus ferventissimis precibus, quatenus pro summa sui dignitate in ipsa Civitate Goritienſi, & foro sat vasto Traunich dicto, & ad

intentum valde accommodato perficeretur.



VI. Quem porro in finem excelsus protinus Arcus triumphalis fuit constructus super epistylis eminentis, & spatiosam præparati theatri aptati fundo, ac frontispicio Palatii Excellentissimæ Familiæ Dominorum Comitum a Turri, super quo prospiciebatur elaboratum Altare Augustæ Majestatis, & artificiosæ architecturæ opulenter exornatum, pretiosisque ornamentis, necnon abundantissima candelarum illuminatione provisum, cujus proceritas dignoscebatur esse ejusdem æqualitatis, cum ea, quam præferebat recensita paulo ante Regia Turrina tantundem magnifice instructa.

Et quidem quod hæc largo æris suffragio Excellentissimi, & Illustrissimi S. R. Imperii Comitum Hieronymi a Turri inclytæ Patriæ Maraschali facta sint, denotat subscriptio ad Machinæ ejusdem basim affixa, quam hic apponimus.

VI. IVnII Coronatæ DeIparæ MontIs

Hieronymus de Turri, & Valassina &c. &c.

S. R. I. C.

Hanc Sacram surrexit Molem  
suis sub ædibus solemniter Redimitæ:

Quam gentilitiis assertam armis  
Turrim suam voluit

VII. Elevatur itaque hora quarta Matutina ejusdem Diei sexta videlicet Junii sub mortuorum, & campanarum clangore Miraculosissima Imago tenerrima omnium adstantium exultatione ex Sacrosanctæ suæ Ædis Gratiarum Sede, & collocata prius reverenter in portatili Throno panno aureo circumornato deportatur processionaliter a quatuor Sacerdotibus Ordinis Seraphici levitico ornatu decenter indutis, atque indicibili associantium devotorum numero a vertice nempe Sacri Montis usque ad radices ejus.

VIII. Presto hic in obsequium venerabundus aderat Reverendissimus Dominus Joannes Fattori Abbas infulatus, & Præpositus Petinensis ad suscipiendam nimirum *Humani Generis Advocatam*, & *pietatis Reginam* una cum Levitis assistentibus, totoque Clero Sæculari, & populo Salcanensis Parochiæ in diversas classes distributo una cum Confraternitatibus, Crucibus, & Sacris vexillis, ut hoc festivo

stivo comitatu ad limina usque ædium Goritiensium dedu-  
ceretur.

IX. Quamobrem eodem in Oppido eminebant geminæ  
portæ triumphales in distinctis locis plantatæ, per quas  
devotissima processio cum *cœlesti Deitatis thesauro*... (14)  
pertransibat, rectoque procedebat ordine, tubarum, & can-  
ticorum spiritualium symphonia confociata, & antequam  
contiguos Civitatis ejusdem attigisset lares, e loco diametrali  
Castagnavicensis Monasterii R. R. P. P. Ordinis Carmelita-  
rum novo *Immaculata Dei Parens* copiosorum mortuorum  
exitit condecorata fragore.

(14)  
Origenes.

X. Dum vero miraculosum hujus prototypon ad primas  
suburbii valvas appulisset, maxima qua fieri potuit animi  
submissione, ac pietate sub prædiviti Baldachino excipitur  
ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Epi-  
scopo Petinensi de Marotti, qui in occursum ejus festinan-  
ter processerat, atque duobus stipatus Abbatibus Infula, &  
Pedo insignitis cum copiosissimo fidelium utriusque sexus  
cœtu ad prædictas valvas ter-exoptatum, terque faustum  
ejus præstolabatur accessum.

XI. Magnificus plane in harum valvarum superlimi-  
nari prostabat Arcus triumphalis, & usquedum *Arca Vi-  
tæ*, & *Domina Regum* (15) prætergrederetur; omnes  
Fortalicii machine bellicæ pyreo onustæ pulvere *cœlesti si-  
mûlacro* iterum iterumve homagium præstiterunt. Mox dein  
inde ordinatim procedebant inclytæ Societatis JESU, utrius-  
que Sodalitatis studiosi, Congregationum item aliarumve  
Confraternitatum Ordines Cæsarea vallati militia: Cives pa-  
riter armis, & militaribus insignibus instructi.

(15)  
Andreas Je-  
rosolymita-  
nus in salut.  
Angel. & Il-  
dephon. ser.  
I. de Assum-  
pt.

XII. Post hos incedebat universus Clerus Regularis, &  
Sæcularis cum aledicto Illustrissimo, ac Reverendissimo E-  
piscopo, cujus dexterum latus ambiebat Miera, Pedoque or-  
natus præerens Reverendissimus Abbas Fattori; sinistrum  
vero Reverendissimus Dominus Thomas Gorzer Præpositus  
a Seneblin, & Parochus Oppidi Vicentini. Quos tandem  
sequebatur Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Sac.  
Rom. Imp. Comes Joannes Josephus a VVildenstein Ca-  
pitaneus Comitatus Goritiensis, exinde Illustrissimi, & Ex-  
cellentissimi Domini Comites Leopoldus, Adamus a Stra-  
foldo ejusdem Urbis Locumtenens, & Franciscus Antonius  
de Lantieri Vice-Dominus Excelli Ducatus Carniolæ, ce-  
terique

terique alii omnes inclitorum Statuum, & Ordinum Comites, Liberi Barones, Patricii, tota denique utriusque sexus nobilitatis cohors ornatissima, numerusque copiosus gentium, & nationum, quæ ex remotioribus partibus affatim accurrerant, ita ut compertum, approbatumque fuerit eadem die triginta circiter hominum millia affluxisse ad adorandam *Genitricem factoris mundi* (16) & *templum Divinae gloriæ ornatissimum*; (17) sicque tandem continuo tormentorum, ac mortariorum boatu, summa cum pompa & illuminatione: *Hodie Sacra, & animata Arca Dei viventis* (18) circa octavam matutinam ad destinatum Coronationis suæ locum pervenit, ibidemque in Ara ut supra meminimus affabre composita a Coronatore Antistite honorificentissime fuit collocata.

XIII. Quibus decenter gestis incunctanter ad normam Vaticani Capituli de Urbe illacrymantibus præ gaudio, & devotionis tenetudine universis Christi fidelibus tam comminus adstantibus, quam eminus dispersis per totum late patens forum, fenestras, & cæta ipsa *Domorum Concessio- nis, Delegationis, & Coronationis instrumenta* per Cæsareum publica auctoritate Notarium promulgata fuere: quorum ingenti cum plausu intellecto tenore, Hymnum *Veni Creator Spiritus* &c. Episcopus intonuit, quo (succinente Clero) absoluto, recitatisque Pontificaliter certis Orationibus juxta Leges ejusdem Instituti Vaticani Sanctissimo ter-amabilis **MATRIS DEI CAPITI** Coronam auream gemmis pretiosis exornatam idem Fortunatissimus Antistes summa cum religione adaptavit, alteram vero minorem **JESULO unigenito FILIO**, hacque functione terminata confestim sub renovato bellicarum machinarum clangore, & musicalium instrumentorum concentu in gratiarum actionem tanti, tamque insoliti beneficii a Patre luminum concessi *Te Deum Laudamus* &c. cantabatur.

XIV. Solemne ex post Sacrum fuit inchoatum, & decantatum ab Antistite Coronatore, in quo singularia musicæ facultatis, & virtutis argumenta præbuerunt Cantores, & Musici a proposito e Ditionibus vicinæ **Reipublicæ Venetæ** conductis, & convocatis ad ter fastum hunc solemnitatis diem, totamque successive octavam ritu magnifico conjuncti cum Patriis constanter absolvendam. Misarum autem inter solemnia eruditissimam Panegyrim in hono-

(16) *Origenes*

(16) S. Ildeph. cap. 1. de Virg.

(17) Andreas Jerofoly. in salut. Angel.

(18) S. Joan. Damas. Orat. 2. de Dormit.

(17) Andreas Jerofoly. in salut. Angel. & II. de Dormit.

honorem *Virginis Coronatæ* universalis cum applausu protulit A. R. P. Ludovicus Maria . . . . . Vedova Ordinis Minorum Observantium Sancti Francisci Provinciae Sancti Antonii Venetiarum Lector Jubilatus, Prædicator Clarissimus, examinador Cleri Patriarchalis Aquilejensis, & Consultor Sancti Officii, absolutoque tandem Sacro sub multiplicata martialium bombardarum exsibilatione, eodem ordine processionali supra expresso ad Ecclesiam Parochialem devenit, & Throno admodum conspicuo ad hunc effectum in ea præparato *Sacrosancta Imago* ad communem venerationem, & spirituale solamen omnium fidelium exposita remansit.

XV. Præterea ea ipsa die hora a meridie competente Vesperis jam solemniter celebratis secundam Panegyrim in honorem ejusdem *Gratiarum Matris* pronuntiavit alius ejusdem Instituti Seraphici, & Provinciae celebris Orator, nempe R. Pater Bartholomæus Cagioli a Venetiis, & resumpto post hunc eodem processionis ordine, ad Templum RR. Religiosarum, & Dominarum Sanctæ Ursulæ defertur, ubi elogiali cantico, atque variorum instrumentorum devoto modulamine ab iisdem Deo sacratis Virginibus suscipitur, & salutatur, inde ad Ecclesiam RR. MM. Ordinis Sanctæ Claræ, & tandem ab hinc ad eundem transfertur locum, & Aram, in qua matutino tempore concelebrata fuere *Sacra Coronationis Solemnia*, quibus denique junctum fuit supremum omnium gaudium, ortum videlicet ex Sanctissima ejusdem Virginis benedictione exhibita a prælaudato Illustrissimo, & Reverendissimo Episcopo de Marotti ejulanti præ lætitia populo, popliteque venerabundo in terram provoluto, atque jugiter imploranti fructus perennes Maternæ suæ clementiæ.

XVI. Equali cum magnificentia, & hominum confluxu ad seram ejusdem diei reportatur ad Oppidum Salcanense, & inibi in spectabili reposita solio enixe pariter efflagitanti a devoto populo a ter-amabili Matre Benedictionem elargitus est idem Reverendissimus Abbas Fattori, & ad Ecclesiam Regularis Hospitii Salcanensis RR. PP. Franciscanorum sequitur beata translatio, ibidemque a piis Clientibus per noctem integram assiduis precibus colebatur.

XVII. Mox die sequenti valde diluculo Marianæ phalanges

langes mortariorum strepitu, & campanarum convocata, quamprimum ante fores ejusdem Delubri intererant, & ad instar Castrorum acies rite ordinatae per vicos conspiciantur, sicque sensim cum *Divino pignore* ad Sacrum Montem perrexerunt, ubi ipsa die Octavarium hujus solemnitatis fastissimum sumpsit exordium. Adeo vero copiosus per ejusdem decursum indies cernebatur conscendentium Peregrinorum numerus, ut centum triginta tria hominum milia confluisse probatum est, ducto calculo a totidem particulis prius enumeratis, postea consecratis, & demum intervallo ejusdem octidui fidelibus Sacra Sinaxi refectis distributis.

XVIII. Diebus singulis insuper Missa solennis a Prae-  
latis Saecularibus, aut Regularibus Altissimo offerebatur cum Vesperis, & Litanis Lauretanis, cantatis interveniente ut dictum eodem musicali concentu, & concertatione; a Praedicatoribus vero Evangelicis partim Ordinis Seraphici, partim extraneis Parochis nimirum Curatis, aliisque Regularibus indies ter, aut bis saltem e suggestu *Coronatae Deiparae* praeconia, & magnalia apostolico referebantur fervore.

XIX. Septima item infra octavam die Excellentissimus ac Illustrissimus Dominus Comes a VVildenstein cum integra Comitatus Nobilitate, Magnifico Senatu, & Civium coetu: summae gratitudinis ergo ad hanc ipsam sedem Gratiarum proficiscuntur, & ad venerandam Vaticano Diademate *Neo Redimitam Sacratissimae Universitatis Reginam*.

XX. Octavo denique die terminatis jam Divinis Vesperarum, & Litaniarum Laudibus ter-almæ huic solemnitati gloriosissimam coronidem imposuit celebris processio; & post hymnum Ambrosianum *Magnæ Dei Genitricis* postrema benedictio. Cujus *Miraculosissima tandem imago* magno cum jubilo ad pristinum locum, & tabernaculum reponitur, sicque Mariani Viatores spiritu devotionis repleti, & consolari recesserunt, & processerunt in viam pacis cum fide inconcussa, & spe firma obtinendi præterea a DEO exercituum tantopere exoptatum, & imploratum auxilium Armis Augustissimæ Domus Austriacæ contra communem Christianitatis totius hostem, pro ut decimasexta Augusti ejusdem Anni toti mundo constat quam

quam mirabiliter evenisse; ideo: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini; in me (liquidem) omnis gratia vite, & veritatis, in me omnis spes vite, & virtutis:* (19) Propterea Sanctus Ildephonus inquit: (20) *Vexilla virtutis in MARIA effluxerunt, in qua tota Majestas Deitatis versatur.* Et ut hujus denique solemnitatis Augustissimæ sempiterna perseveret memoria, quotannis Dominica tertia post Pentecosten anniversaria celebritate magno populorum concursu recolitur.

(19)  
Eccl. cap. 24.  
(20)  
Ser. de Partu, & Purif.

A M E N .



## CAPUT DUODECIMUM.

*Exhibet legalia Concessionis, Delegationis,  
& Coronationis Instrumenta.*

IN NOMINE DOMINI.

AMEN.

**P**Ræsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & notum sit, quod Anno ab ejus Nativitate millesimo septingentesimo decimo septimo, Indictione decima, die 6. Mensis Junii Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI Divina Providentia Papæ Anno XVII. Regnante Augustissimo Carolo VI. Romanorum Imperatore, Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavoniæ Rege &c. Comite Tyroli, & Goritiæ, in Civitate Goritensi, in Foro-Julio, & in Platea majori appellata Traunich ante Palatium Illustrissimi Domini Hieronymi Sac. Rom. Imp. Comitis a Turri, & Valsasinæ &c. ubi Theatrum, & Altare structum cernitur, & quo Sacra Mi-

Miraculosa Imago Beatæ Virginis Mariæ Montis Sancti processionaliter delata fuit ad infrascriptum effectum. In præsentia Illustrissimi, ac Excellentissimi Domini Jo. Josephi Sac. Rom. Imp. Comitis de Wildenstein Lib. Bar. de Wilpoch, & Koltzdorff Domini in Schakenturin, & Libboch, Suæ Sac. Cæs. & Cath. Regiæ Majestatis Cubicularii effectivi, intimi Consilarii, Capitanei in Illustrissimo Principali Comitatu Goritiæ, ac Capitanei Administratoris Gradiscæ, & Aquilejæ &c. nec non Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Leopoldi Adami Sac. Rom. Imp. Comitis a Strafaldo, Lib. Bar. de Villanova, Domini in Strafaldo &c. Sac. Cæs. Reg. & Cath. Majestatis Cubicularii effectivi, & Intimi Consilarii, Hæreditarii Supremi, Venatorum Præfecti & Cæsarei Locumtenentis Goritiæ &c. Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Francisci Antonii Sac. Rom. Imp. de Lantheriis, & a Paratico, Lib. Bar. in Schenaus, Domini Vippaci &c. Sac. Cæs. Reg. & Cath. Majestatis Cubicularii effectivi, intimi Consilarii, Hæreditarii Pincernæ in



Illustrissimo Principali Comitatu Goritię  
 ac Vice-Domini Incltyti Ducatus Carnio-  
 lię, ac Illustrissimi Domini Iosephi Sac.  
 Rom. Imp. Comitisa Turri, & Valsa-  
 sinę, Domini Duini, Cormontii, ac Pen-  
 mę &c., nec non mei Antonii Matta-  
 loni de Cosoli J. U. Doctoris, & Syndi-  
 ci Apostolici Venerandi Conventus Mon-  
 tis Sancti. Pręsens & personaliter exi-  
 stens Illustrissimus, & Reverendissimus  
 Dominus Georgius Franciscus Xaverius  
 de Marotti Dei, & Apostolicę Sedis  
 gratia Episcopus Petinensis Svc Sac. Cęs.  
 & Cath. Majestatis Consiliarius; Prępo-  
 situs Rudolphsbertensis Archidiaconus  
 per Carnioliam Inferiorem, & Marcam  
 Sclavonicam, ab Illustrissima, & Reve-  
 rendissima Nunciatura Apostolica Vien-  
 nensi pro infra scripto effectu specialiter  
 deputatus uti ex patentibus T. I. Geor-  
 gius Spinula Dei, & Apostolicę Sedis  
 Gratia Archi-Episcopus Cęsareę SS. D.  
 N. D. Clementis Divina Providentia  
 Papę XI. Pręlatus domesticus, & Af-  
 sistens, ac S. Sedis Apostolicę apud Sac.  
 Cęs. Majestatem CAROLUM VI. in  
 Imperatorem electum, nec non per Ger-  
 ma-

maniam, Hungariam, Boemiam, Croatiam, Austriam, Styriam, Carinthiam, universumque Rom. Imperii Districtum cum facultate de latere Nuntius.

*Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Georgio Xaverio Marotti Episcopo Petinensi salutem in Domino sempiternam.*

**A**ttentis facultatibus ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Capitulo S. Petri de Urbe datis, Illustrissimam, ac Reverendissimam Dominationem Vestram ad solemnem Coronationem Miraculosæ Imaginis de Monte Sancto nuncupatę supra Goritiam ab eodem Capitulo decretatam deputamus, ac subdelegamus. Hujusmodi itaque actum juxta instructionem a supra nominato Capitulo transmissam adimplebit. Dantes Illustrissime, & Reverendissime Dominationi Vestrę ad hunc effectum licentiam exercendi in illis partibus Pontificalia. Datum Viennę hac die 6. Aprilis Anni MDCCXVII.

G. S. Archi-Episcopus Cęsarę Nuntius Apostolicus.

V. Petrucius Auditor Gen. & Canon.

Qui utique Illustrissimus, & Reverendissimus D. Episcopus Petinensis, ad formam piæ dispositionis bon. mem. D. Alexandri Sfortii Placentini, vice, & nomine ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi D. Nuntii Apostolici binis Coronis puri auri unciarum octo contextis 30. Margaritis 13. Adamantibus, & lapillis pretiosis 25., non comprehensa Aurificis factura ( pie ac generose donatis ab Illustrissima Domina Anna Catherina de Selemburg Labacensi ad infra scriptum effectum ) quibus acceptatis, & receptis ab Admodum Reverendo P. Romualdo Sitter Ex-Provinciali & Guardiano Venerandi Conventus Montis Sancti supra Goritiam R.R. PP. Reformatorum S. Francisci pro se, & suis Successoribus. Illustrissimus inquam, & Reverendissimus D. Episcopus præsentibus, ut supra, & me Syndico, ac magna fidelium multitudine utriusque sexus astante, dictam Sacram, ac Miraculosam Imaginem Beatæ Mariæ Virginis Montis Sancti cum JESULO actu coronavit juxta ritum &c. imponendo quippe majorem coro-

nam Capiti Beatissimæ Virginis MA-  
RIÆ, & minorem Capiti JESULI, quæ  
illico per peritum Aurificem Sacræ Imagi-  
ni adaptatæ & affixæ fuerunt. Qua corona-  
tione utique peracta prædictus Admodum  
Reverendus Pater Guardianus pro se, &  
Successoribus suis promisit, & se obliga-  
vit easdem Coronas in Capite illius Bea-  
tissimæ, & Immaculatæ Virginis, ac JE-  
SU Christi semper, & in perpetuum  
retineri, & conservari facere omni me-  
liori modo &c. Pro quibus omnibus  
observandis &c. se obligavit, & suos  
Successores etiam in forma Camere A-  
postolicæ cum solitis &c. seseque sub-  
scripsit apposito Sigillo Conventus. Da-  
tum Goritiæ, die, Mense, & Anno,  
ut supra.

Fr. Romualdus Sitter Ex-Provincialis & Guar-  
(L.S.) dianus prædicti Conventus Montis Sancti no-  
mine meo, omniumque Successorum confirmo  
ut supra.

(L.S.) Joannes Josephus Comes a VVildenstein Capi-  
taneus.

(L.S.) Leopoldus Adamus Comes a Strafaldo Locum  
tenens.

(L.S.) Franciscus Antonius Comes de Lantheriis Vice-  
dominus Ducatus Carniolæ.

(L.S.) Joannes Josephus Comes a Turri.

(L.S.) Antonius Mattalloni Juris Utriusque Doctor, &  
Syndicus Apostolicus Venerandi Conventus  
Montis Sancti.

Præmissum Instrumentum Publicum cum subscriptionibus Illustrissimorum, & Excellentissimorum D. D. Testium, nec non Admodum Reverendi Patris Guardiani, ac Excellentissimi Domini Antonii Mattalloni Juris Utriusque Doctoris, & Syndici Apostolici Venerandi Conventus Montis Sancti cum suis Sigillis mihi optime notis requisitus Antonius Milost Publicus Imperialis Notarius authenticavi, apposito solito mei Tabellionatus signo.

DEUS misereatur nostri, & benedicat nobis.

Nos Joannes Josephus S. R. I. Comes a VVildenstein Lib. Bar. de VVilpach, & Koltzdorff, D. in Schaken thurn, & Libboch S. C. M. Cubicularius Intimus, Actualis Consiliarius, Capitaneus in Illustrissimo Principali Comitatu Goritiæ, nec non Capitaneus, & Administrator Gradiscæ, & Aquilejæ &c. Fidem facimus, & attestamus supra scriptum Dominum Antonium Milost esse Publicum Imperialem Notarium, cujus publicis, & authenticis Scripturis hic plena adhibetur fides, & ubique locorum merito adhibenda venit. In quorum fidem &c.

Goritiæ 9. Junii 1717.

(L. S.)

Casparus Valentinzig Actuarius juratus  
Cancellariæ Nobilium.

## O R D O

**I**N tradendis Coronis aureis, quæ donantur a Capitulo Sancti Petri ex Legato Domini Comitis Alexandri Sfortiæ ad Coronandas Imagines miraculosas Deiparæ Virginis, & Jesuli Unigeniti Filii sui servatus etiam in solemnibus secuta Coronatione Beatæ Virginis Ecclesiæ Montis Sancti.

Admoneantur opportune Superiores Loci, seu Ecclesiæ in qua est Imago, de hora, & tempore, quo facienda est traditio, & impositio coronæ; Canonicus cui demandatum est hoc munus cum Notario Capituli se conferat ad dictam Ecclesiam, & convocatis Superioribus Loci in Sacrario, seu in Choro, præsentem, ac stipulante Notario, & vocatis testibus tradat illis, & consignet Coronam, facta

eta per illos obligatione de perpetuo retinenda dicta corona supra caput Virginis juxta formam legati.

Deinde accensis candelis super Altare, in quo servatur Imago miraculosa per Artificem bene firmetur, & applicetur dicta corona in Capite Imaginis.

Quo facto genibus flexis devote cum cantu recitetur Hymnus *Ave Maris Stella*, & in fine dicantur versus sequentes.

✠ Corona Aurea super Caput ejus.  
✠ Coronasti eam Domine, & constituisti super opera manuum tuarum.

O R E M U S.

**F** Amulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus. Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium &c.

Qua dicta immediate recitetur sine cantu Psalmus *De profundis* &c. pro anima Legislatoris, & in fine sequens oratio.

O R E M U S.

**D**eus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut animæ nostri Benefactoris Alexandri, qui ex hoc sæculo transit, Beata Maria semper Virgine intercedente, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum &c.

Formularium Instrumenti exhibitum ab Illustrissimo, & Reverendissimo Vaticano Capitulo S. Petri.

IN NOMINE DOMINI  
A M E N.

**P**Ræsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & notum sit, quod Anno &c. in mei Notarii publici, Testiumque infrascriptorum præsentia ad hæc omnia præsens, & personaliter existens Illustrissimus & Reverendissimus Dominus N. N. Canonicus Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum Almæ Urbis, & ab Illustrissimo, & Reverendissimo Capitulo ejusdem Basilicæ pro infrascripto effectu specialiter deputatus, qui ad formam piæ dispositionis bonæ memoriæ Domini Alexandri Stortia Placentini vice, & nomine ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Capituli dat, donat, & concedit Beatissimæ Virgini N.N. Et pro ea N.N. præsentis, & acceptantis, & recipienti tam pro se quam &c. Coronam Auream ab eodem Illustrissimo Capitulo &c. & ad hanc Civitatem de mandato illius delatam, quæ est ponderis &c. Auri non comprehensa Aurificis factura &c. ad effectum cum ea coronandi Sacram Imaginem in Ecclesia &c. ad hujusmodi finem, & effectum delatam, & magna fidelium multitudine populi utriusque sexus astante, sicuti postea coram eisdem coronata fuit, & promisit idem N.N. seque obligavit tam pro se, quam pro ejus successoribus eandem Coronam in Capite Beatissimæ Virginis semper, & in perpetuum retineri, & conservari facere omni meliori modo &c. Pro quibus omnibus observandis &c. obligavit se, & suos successores etiam in forma Camera Apostolicæ cum solitis &c. Datum &c.

Post dicto, *Requiescat in pace* - submissa voce dicatur *Pater noster*, & *Ave Maria* &c. pro Capitulo, & Canonicis Sancti Petri, & in fine.

Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

*Describitur series totius apparatus Ecclesie  
Montis Sancti præmissi ad solemnem  
Sanctæ Dei Genitricis Coro-  
nationem.*

I. **Q**Uandoquidem nil pulchrius, splendidius nihil esse possit coram oculis Divinæ Majestatis, quæ per fidem charitate formatam adoratur in terris, quam ipsius Ecclesiæ Sanctæ Dei, in qua specialem sibi vendicat præsentiam, congruæ dispositionis apparatus. O peræ prætium proinde erat, ut quemadmodum Sanctæ Dei Genitricis gloriosissimus coronationis triumphus supremis exigebat pro regali sua dignitate honoribus cumulari: ita pariter condecens videbatur, ut sacrosancta ejus Basilica, & Sedes divinarum Gratiarum congruenti Sacræ suppellectilis, & symbolico elogiorum micaret ornatu in hoc præfenti sacre solemnitatis, & lætitiæ octiduo.

II. Omnium igitur primo: ante ingressum, & Valvas hujus Ecclesiæ prospiciebatur in altum sublata insignis architecturæ Porta Triumphalis, in cujus summitate locata consistebat in curru exultationis Divinum in brachio dextero gestans Filiolum Virgo Beatissima redimita coronis, variisque elegantis pennicilli coloribus, & splendoribus irradiata, hancque tribus actam columbis veluti symbolis purissime maternitatis præcedebat Angelus tuba gloriam ejus, & famam personans, adjecto Lemmate

**CORONATA TRIUMPHAT.**

Sap. 4. subterque legebatur scriptum sequens Chronographicum.

**saCratVs Coronatę DeIparętrIVMphVs.**

III. Aliquantulum infra super epistyliis hinc, & hinc distributis adstabant quatuor principales Prophetæ adaptato quisque sacre historie textu alludens ad coronationem, & merita Virginis **MARIÆ**, sub quorum dextero latere stan-



res quoque cernebantur Summus Pontifex, Vaticanum, & Religio Seraphica: Sinistra vero Carolus Sextus Imperator, item Carolus Archidux Austriæ, qui Sacrum hunc Montem curæ, & vigilantia Fratrum Minorum concedidit, & Civitas Goritientis cum suis respectivis Elogiis (de quibus paulo infra) unumquodque optime ad rem, & personas ipsas faciens. In superliminari præterea ejusdem portæ Lemmatis loco sequens a duobus Angelis sustentabatur Chronographicum.

InDVLgentia pLenarla  
saCra oCtIDVana CeLebritate Coronatæ  
Cœll reginæ.

IV. Ad extremas præterea partes ejusdem triumphalis Machinæ super aliis distinctis epistylis innixæ, repræsentabantur quatuor Orbis partes Coronas, & sceptrâ Regnorum demississima apotheosi Magnæ Cœlorum Reginæ offerentes. Has stipabant Angeli duo gloriosa Vexilla gestantes, in quorum uno lateris nempe dextri Chronographicum hoc legebatur Epiphonema:

ECCE refVgIVM aDest, Venite:

in altero autem:

HVIC VIrgInI ChrIstI parentI honoreM Date.

Ad artificiosam denique hujusmodi Machinæ basim suffixa erat hæc subscriptio. Porta triumphalis ante Sancti-montani Templi frontispicium erecta Anno MDCCXVII. Sexta Junii, quo portentosa imago Virginis una cum Divino Filio ad normam Vaticani ritus solemnissime fuit Coronata Goritiæ.

V. Exterior similiter sicut, & interior præmemorata Ecclesiæ ornatus singularem quamdam undequaque spirabat magnificentiam, & venustatem. Parietes ejus atque intermedia collaterales columnæ instructæ erant symbolis ovalis figuræ in tela depictis Marianæ gloriæ connotativis. Numerabantur hæc triginta sex cum respectivis lemmatibus, & versibus ad eundem finem eleganter accommodatis. Totum demum sacrosanctum Delubrum undique aulæis pretiosis, aliave possibili Ecclesiastica suppellectili vestiebatur, mirumque in modum refurgebat: tacitis hic aliis ad eundem ornatum minutatim pertinentibus pomposa potissimum illumi.

minatione ducentarum, & octoginta quatuor candelarum, non comprehensis quadraginta gravioris ponderis ad cultum solius Virginæ Aræ, & Capellæ specialiter deputatis, neque aliis pluribus, quæ ad celebrationem Missarum, & divinorum Officiorum ministerium ordinabantur.

VI. Extra hanc ipsam Sacram Ædiculam pannis sericeis auro, & argento contextis amictam, alioue cetero, quin prædiviti decore exornatam ad dextrum videlicet ejus, & contiguum Sanctuarii latus paratus videbatur Thronus, & Faldistorium cum pendente Baldachino pro coronatore Antistite cum hoc appenso summæ gratitudinis ergo a Conventu Montis Sancti Elogio.

## A N T I S T I T E M

Georgium Franciscum Xaverium  
de Marotti

quem Liburnia genuit

ast ad capescenda quæque grandia  
Urbis, & Orbis

hic lege MARIANÆ Viator

Ibi Ille

omnem artem virtuti vectigalem efficere,  
acceptam lucem, ita diffundere in ceteros,  
ut in se non minuere, sed augere videatur,  
& altissime addidit

Ibi

ad Infulas, & Tiaras nõ incessit, sed volavit,  
alas, quas ætas necdum formare poterat

Morum gravitas

Vitæ Candor

Virtutum Charites

perfectissimas efformavere

sup

Inde

Inde  
 ut Urbe Sancta  
 Mitratus Consecratus  
 dignis Latio, vel aureo seculo dotibus  
 ornatus,  
 ut Sacratissimæ Triadis vices agat  
 ad Montem Sanctum  
 destinatur.

M Hæc namque in Coelis

gloriosissime

coronat

M A R I A M

ille in terris

In Monte Sancto

Sexta Junii qua Sacerdos, Episcopus,  
 Præpositus creatus

Eandem  
 (obstupescere mysterium.)

Solemniissime meruit Coronare  
 Immortalitate itaque Illustrissime, &  
 Reverendissime Præsul

donetur dextera Tua

Tantam digna coronare Reginam

Indubie hanc tibi gloriam cœlestes invi-  
 derent Spiritus,

si terris invidia excedere posset.

Interim Sexta Junii

quæ Tibi ad salutem hucusque extitit,  
ut sit etiam

sed nonnisi post sæculum

Tuæ in Cœlis Coronationis Præco

DeVoVet CoetVs Montis Sancti

VII. Collaterales denique januæ ejusdem Ecclesiæ tegebantur afforis triumphalibus valvis minoris quidem molis materialis, sed non jam virtutis, & artis. Super unam, quamque illarum positum erat Symbolum unum industria pictoris manu adumbratum, in quorum primo quod respiciebat ad Orientem, & Pagum Gargarensem ubi natales suos traxit Ursula Ferlingoinizza *Mariani oraculi Nuntia* artificiosa hæc ad propositum historicæ præsentis opellæ valde appropriata carmina legebantur.

*Ad Genitricem Agni vocat armentaria Virgo*

*Vis Lac, aut Lanam? donat utrumvis Ovis.*

*O Lac, o Lanam! quid Cælum? Terra quid ultra  
(Imo quid ipse Deus gratius optet) habent?*

VIII. In secundo vero ad occidentem, & portam Conventus collocato videre erant sequentia.

*Hic fore propitiam voce viva Virgo sponndit,*

*Quæ verum genuit, nonnisi vera promit;*

*Tu tamen huc veniens fors non potiere petitis*

*Qui sine corde petit, non sine corde redit.*

IX. Tandem in alio distincto Symbolo appenso ad Capellam Sancti Patris Francisci in summitate scalarum tota series mysteriosæ ejusdem opellæ præfigurabatur his quatuor versibus.

*summus Apex Thronus, desertum Regia factum est:*

*Mulcet Regina fulva corona caput.*

*Quisquis eges, fidenter adi! stabit illa promissis:*

*Ut nullus timeat, rustica Virgo monet.*

✠ Porro ad horum distinctiorum intelligentiam Lector benevolus velit reflectere *primo*: De ipsam Virginē Montis Sancti distinctum hoc habere prædicatum, quod sit Demonibus terribilis, unico siquidem hic e corpusculo integra illorum fugata est legio, ut votivum inter tot, ac tanta in Sacra ejus Capella exhibet appensum anathema. *Secundo*, quod *Ursula* sit nomen diminutivum ab *Ursa*: sicut parvulus urfus, urfulus dicitur. *Tertio*: quod *Ursa minor*, vel *Ursula*, & *Capella* sint sydera &c. &c.

X. Paucisque hæc omnia iterum Marianus Vates complectitur, dum integrum loci Sancti hujus, & locatæ Divinæ Maternitatis encomiorum sylabum operosis hisce verbis perstrinxit,

## † Quæsitum Primum

Cur nunquam hic oritur infesti cauda Draconis?

Respondet.

Dum venit ursa minor, nigra capella fugit.

## Quæsitum Secundum.

Inferni fugiunt cur Montem Dæmona Sanctum?

Respondet

Dum Ursula pascit oves, a Grege lupus abit.

## CAPUT DECIMUMQUARTUM

*Exponuntur Elogia, quæ affixa cernebantur  
occasione hujusmodi  
Solemnitatis.*

**A**D portam, itaque scalarum immediate ante introi-  
tum ad ipsum Cœmeterium positum erat Quadrum  
sat amplum complectens primum Elogium, quo devoti Pe-  
grini invitabantur ad supra jam descriptam coronationis  
celebritatem hujus tenoris.

**Firma Viator gressum**

**Patriam aggressurus in terra**

**E qua**

**propior pateat ad astra Via**

**Sancta est,**

**errare non potest**

**Tuus**

**quem liquisse putabas,**

**Incolatus**

**Exile est Exilium, si non Exitium,**

**ibi**

**Tuæ mentis sint ædes, ubi Matris est sedes**

**si Filius es, Domi es.**

**Libera te**

**a calceamentis demissæ Mentis**

**Liberius iturus in alta,**

ut

ut terrenis nudatus affectibus  
gravissimo animæ negotio  
serius occurras.

Vis particeps esse glorię Coronãde Matris:

Accede ut Filius

( Servi enim anathemata ferant , non

Diademata )

ut & tu aliquando

a Matre , & Filio merearis

Coronari

Ascende peregrine ! expectat te Virgo  
Mater.

Ad pedes dein graduum prope Capellam secundam in  
descendendo aliud extabat Elogium , cujus tenore Mariani  
Viatores salutabantur , simulque disponebantur ad conse-  
quendos Cœlestium gratiarum thesauros.

**A V E**

**Mariane Viator**

Votorum tuorum metam attigisti  
imo Justitię , & Sanctitatis apicem ,  
dum comitibus pietate , & devotione

**MONTEM SANCTUM**

non ut speculator

sed ut Sanctitatis Zelotes

conscenderis.

Certe fides docet

cum

cum Sancto Sanctum fieri.

Quidni in Monte Sancto  
in quo Deo beneplacitum est habitare,  
ut qui Sanctus est, Sanctificetur adhuc;  
& qui non est fiat.

Sanctum te fore ambigas?

absit

Pulchritudo Justitiæ Mons Sanctus.

Testatur Propheta

non nisi

Dulcedinem,

imo lac, & mel stillat.

Quibus gustatis

utique

sciet reprobare malum,

& eligere bonum

quid Sanctius?

Te nunc pro tunc

ad hunc Montem Sanctum

ante centum septuaginta octo annos

ipsa Cœli, Terræque Regina

(dum Ursulæ Ferligoinizę comparens

dixerit

ut hic petat gratias )

solemnissime invitavit.

Quæris causalem?

Leva in circuitu oculos tuos, & vide,



omnes isti congregati sunt, & venerunt,  
ut celebrent diem solemnitatis ejus.

Licet enim ante secula in Coelis,  
Coronata triumphet

## F I L I U S

Deus Deorum Dominus

etiam

in Monte Sancto

hodie coronatam habere voluit,  
qua Matri duplicandos honores  
decrevit.

Ascende igitur

In hanc Regiam

Te jam Cœlestes Ministri expectant.  
Cave ne oculos tantæ Majestatis offendas.

Excute pulveres de pedibus tuis,  
& vide si via iniquitatis in te est.

Coronatio Reginae Sanctorum  
Jure exigit Ministros, & Spectatores Sanctos

Omnia præstare poteris

Fac ergo

Coronaberis

Ad dexterum successive latus ejusdem Porte triumphalis Summo Pontifici Clementi undecimo sequens consecratum prostabat

ELOGIUM

TIBI PONTIFEX

usque, & usque maxime

Petri quos spondes

auguramur annos.

Dignus tantum, & amplius vivere,

& hinc ut candide dicam

ALBANUS es,

Mauros Odis

Urbinas es, vel ideo Urbanus

Incarnatus Noster Seraphim

a

Matre Joannes audiit,

Franciscus a Patre

utrumque

In Orbem, & Urbem tulisti nomen.

quid me prohibet

Te Seraphim dicere,

Joannes Franciscus Affisias Minor

Clericus esto maximi Sacerdotis!

Tu proinde

Pontifex Maxime

fove, & fave Minoribus

O Clemens pia Clementé servato Maria!

Pontifex iste

O Plenipotentia thesaurorum Dei  
passim auro Te redimit!  
redde vicissim

CLeMentI XI soLVenDo es.

Ad sinistrum autem dictarum valvarum sequebatur aliud  
Carolo Tertio Hispaniarum Regi, & Sexto Romanorum  
Imperatorii Augustissimo dedicatum cujus sensum subnecti-  
mus.

CAROLO BIS TERTIO QUIA SEXTO

Alteri Quinto

Suppari primo

Nulli Secundo

Imperatori, Monarchæ, Regi  
Romano, Catholico, Apostolico  
Gloriosissimo Augustissimo, Optimo

Orientis Hespero

Occidentis Phosphoro

Europei blandimento Decoris

Exotico Asiæ terrori

Uni propemodum Famæ negotio  
Hujus Excelsi Sæctuarii Celsissimo Domino  
ob prodigiosam nostram Gratiarū Matrē

Aureis cum Filio Coronis

Vaticano ritu inauguratam

demississima reverentia

tibi Cæsari perenniter aVgVsto DICant MInores,

&

applaudunt

Anno

Anno

✠ qVo

præceptore eVgenlo aLba græCa LatIne  
DIDICIT, & eCCLESiæ aLbo Inferta est.

His pariter accesserunt quatuor alia per ordinem distri-  
buta Elogia Caroli nempe Archiducis Austriae, Illustrissimi,  
& Reverendissimi Vaticani Capituli Sancti Petri: Inclyti  
Comitatus Goritienſis, & Seraphicę Religionis.

Elogium

Caroli Archiducis-Austriae

C A R O L O

Austriae quondam

Archi-duci, & Luci

Mariani partem trophæi

ex debito Sacramus

Felicem vel in cinere Principem

cujus in Dominio

Universi Domina

Gratiarum sibi elegit Sedem.

O Te felicem Locatricem

pietissime Carole,

qui sterilem fundum

tam sollicitę Cultrici meliorandum elocasti,

quem Marianorum clientum myriades

affatim, & perpetim colunt,

beneficiorum imbribus

Ex CONDICTO

permissum

hinc

✠ Hoc An-  
no 16. Au-  
gust. ut di-  
ctum cap. 11.  
num. 19. Bel-  
gradum a  
Turcharum  
tyrannide  
Cęsarıs Ar-  
mis vindica-  
tum, & Ec-  
clesiæ Ro-  
manę resti-  
tutum.

Secundo jam Sæculo  
in excelfo hoc Sacri Montis jugo  
juges vernant gratiarum flores  
fructus innumeros ubertim afferentes

Recte proin conjecturaverimus  
Magnam hanc Gratiarum Matrem,

quę in Tua hodie Ditione  
indicibili jubilo

innumero inspectante populo

Coronatur

comparticpẽ accidentalis glorię Te futurũ

quippe

qui coronandæ Sedem Virgini

Tua munificentia mutuasti

Augustissimę Domus Tuę

non fide, sed Religione

Minores posuere.

### Elogium

Illustrissimi, ac Reverendissimi Vaticani

Capituli

**TIBI OMNIMODIS ILLUSTRISSIMO**

Vaticani Capitulo

Laudes debemus, & gratias

Biennium inter

nostra in Provincia

bis Virginem Coronasti.

Tu

Tu canonica es, cui Papa Episcopus  
satis,

& abunde dixi

Tuo datum est arbitratui  
ex alto decernere

quæ

MARIANA ICON CXE

qua

Thaumaturga Prodigiorum

aureis mereatur coronis insigniri.

Tu facultatem tribuit Catharina Coronas  
reddet utrimque vices, hinc Deus inde  
parens

si quoties

Virginem Coronasti

toties

a Virgine Coroneris

Obryzo perfusa imbre

a Tua propemodum gloria

opprimeris

Erro

Caput habes, quod Mundo succollat  
infinite quasi coronis

ferendo est.

Retribuere dignare Domina

Tibi, nobisque

tanta facientibus,

post mortalem diu feliciterq; protractam  
vitam æternam

Confer Va VatI CanVM DeIpara .

Elogium

Comitatus Goritiensis

EXCELSI COMITATUS  
GORITIENSIS

Inclyti Status, & Ordines  
congratulamur Vobis de vestra, nostraque  
Deipara

a Deo præservata a Vobis conservata

Nobilitas, & Ævum

Vestro de Primatu contendunt  
Magnū illud humanę celsitudinis prodigiū

Julius Cæsar

suum Te sibi forum elegit

ter geminam Charitum

præ universis,

quibus Dominabatur mundi plagis

suo Te nomine dignatus,

& incolatu .

Si tantus

Orbis, & Urbis Arbiter

Septicollis Dominæ

Te

potiorem habuit

non est cui amplius compareris

Nulli recte comitatus cedes!

quippe

qui tot clari Sanguinis S. R. I. Comitibus  
abundas.

Bis plane comites, quia comes

Barones

non tam liberi, quam liberales

Comes in Matrem

Liberales in Fratres

Benignissimi Patres

Propensissimi in Dominam

in Servos profusi.

Vos

Sacri Montis hujus culmen, & columnen

Vestra pietate, & munificentia

altius exexistis.

Sanctuarii devotionem exemplo

propagastis

manutinentiam largitate

ita fulgore virtutum

ut claritate natalium

populo prelucentes

Pergite

Patriæ Patres fovere Fratres

Qui pro Vobis Filiis vigilant apud Matrem,

Quæ



Vere Mater, gLorla, saLVs patriA,  
& aDVoCata est.

Elogium

Religionis Seraphice  
HOS QUISQUI OFFENDIS APICES

cilium in arcum age!

spreto jam argento  
tractant Minores Aurum:

& quibus coronati prohibentur  
coronas ambiunt.

Suspende Viator Scandalum

cave, dicas:

O malam rem!

Hi quippe

in ima sese dejecti

Summæ Genitricis gloriam

toto Marte promovent  
ut unum eis dices Mariæ gloriæ  
negotium,

Absit invidia

Matrem in Filio, in Matre Filium  
contra torrentes tutati sunt,  
sequentur impofterum

quæ

eos ante, & sæcula

immaculata fuit

Illos

Illos per & sæcula  
immaculata firmata est.

Hinc  
quia maxima semper Regina fuit,  
& nunquam

( licet se Ancillam dixerit )

alteri Domino serviit

a Servis suis Minoribus,

qui pro ejus gloria certantes

Victores

Non semel evaserunt

iterum coronatur

De Vo Ver Vnt se CappelLanI MInores.

Alia denique gemina Elogia pro Peregrinis e loco Sancto isto, & sede Divinarum gratiarum, Mariæque Coronationis discessuris, quæque pro monitorio, utilique eorum argumento apprime consonabant, exposita erant. Unum juxta Capellam ejusdem Sancti Patris, aliud ad prædictarum scalarum limina, quorum tenorem hic subjicimus.

A NOBIS RECESSURI

Ad Vos redite

Viatores.

Fructum quem in hoc Sanctuario legistis

hic iterum lecturi.

Duo vos oportet facere;  
hinc domū ire, & hinc nunquam recedere;

non vecordes hinc abituri,

hic

hic si corda sineritis.

Et nunquid

Tota vobis ad gratiã composita videbatur

Gratiarum Mater?

Nolite immaculatam ejus pulchritudinem

in rugas cogere

per peccati diformitatem.

Hæc Superna, & Suprema Domina

terribilis ut castrorum acies ordinata

tutabitur Vos a Legionibus inferis;

si superis Legibus obaudientes fueritis;

ab ea tamen offensa non defendemini.

Semper hic prostant gratiæ,

ni obstant demerita.

Reddite-si-acceptistis!

sin minus

redite!

Ite

Benedicti a Matre

a Filio audituri:

Venite Benedicti!

Spectabilissimi MARIÆ Triumphi

Admiratores fuistis, & Testes in via,

majora videbitis in Patria,

qVando Coronata Magis propinqVe

Cernet Vr.

Tenor

Tenor alterius  
ad eosdem Peregrinos abeuntes

**SISTE PAULISPER GRADUM**

Mariane Viator ,  
Scito , non satis esse Sanctum

ex  
Monte Sancto  
discedere  
Justus Judex  
perseveranti duntaxat usque in finem

Dare coram gloriæ  
decrevit

quare

hinc totus ne migres

Cor hic pro anathemate linque ,  
nec tamen vel vecors, vel excorsabiturus.  
Patrē superni gaudii prægustati in terris,  
cujus pulchritudine Cœli gloriantur

Dum

totius universi Reginam  
dudum in Cœlis Coronatam

**H I C**

intuitus es iterum coronari.  
Sospes itaque ad Te, Tuosque redi,  
& si tu aliquando coronari desideras,  
esto

esto fidelis usque ad mortem,  
legitime certa

Mariam semper invoca ,

Cole , & venerare ,  
& non deerit tibi corona gloriae ,

quia Deus

omnia nos habere voluit per Mariam .

reCedItO ItaqVe ple peregrine In  
VlAM paCIs.



CAPUT DECIMUMQUINTUM.

III

*Symbolicus etiam apparatus Sanctuarii ,  
& Ecclesie proponitur.*

**T**Riginta sex ut supra in antecedenti capite innuimus sub num. 5. numerabantur. Symbola ad ornatum Sanctuarii , & Ecclesie Montis Sancti occasione hujus Sacre Solemnitatis , & triumphalis lætitiæ hinc inde exposita , de quibus hic agendum restat , & per ordinem proponentur , cum suis lemmatibus , & versibus. Itaque sit.

LEMMATA

I.

*Faciesque supra Coronam Auream. Exod. 25.*

Depicta fuit in Sanctuario Templi cum aurea circumcirca corona Arca Testamenti per quam præfigurabatur Beatissima Virgo Coronata Montis Sancti cum suis versibus.

*Te contra , & Natum conspirant agmina Tracum!  
Da tecum stamus fœderis arca! manus*

LEMMATA

II.

*Facies ei Coronam aureolam. Exod. 30.*

In hoc symbolo secundo pictum ostenditur Altare incensum circumdatum aurea corona , per quod ex Sanctis Patribus datur intelligi Mater Sanctissima velut animatum ipsius Altissimi Altare cum hac allusione garminica ad ejusdem coronationem.

*Altare , incensum factus es , quin , & hostia mystes  
scilicet hanc Aram prima Corona decet :*

LEMMA  
III.

*Omnes sitientes venite ad aquas. Isaia 55.*

In florido quodam vireto atque fonte aquae limpidae representabatur MARIA Virgo facerrimus omnium gratiarum fons hisce meritis.

*O qualis unda replet regalem limpida concham.  
Saucie Cerve cito currito! servat aqua.*

LEMMA  
IV.

*Coronata triumphat. Sap. 4.*

Maria Virgo Regali cincta Corona, & sceptro Mundi, Mortis, & Dæmonis triumphatrix apparet; & denotatur per sequens distichon.

*Dæmonis, & Mundi, ac Mortis redimita triumphat.  
Hinc spes nostra viget, fit quoque firma salus.*

LEMMA  
V.

*Frustra hac presente minatur.*

Medius leonem inter & hydram aliave monstra positus erat homo viator cum periculo vitam amittendi: Quamobrem Cœlestis nuntius ab alto advolans animabat eum, manūque signum Virginis in Zodiaco ostendens, innuere per hoc intendebat, quod mortalibus in periculis etiam positis non sit timendum, dum devoto mentis oculo *Virginem Deiparam* contemplantur.

DISTICHON.

*En tutus pergit, frustra quoque monstra minatur,  
Præsens Virgo, cui est, non timet ulla mala.*

LEMM A  
VI.

*Nil fulgura terreant .*

Stat Cignus sub arbore lauri tempore quo cœlum fulmina vibrat , sub cujus protectionis ramis immunis ab eorum ictibus præservatur . Hieroglyphicon hoc est *Virginis Mariæ* , sub cujus validissimæ protectionis pallio vivimus undequaque securi .

DISTICHON .

*Fulgura si metuas Nati venerare Parentem ,  
Hæc tibi nam præsens fulmina nulla cadent .*

LEMM A  
VII.

*Ex nivibus orta .*

In hoc symbolo Mons magnæ proceritatis videtur , sicut & in ejus summitate tecta nubibus palma ad instar arboris collocata , & dum super ramis hujus Aquila quiescit , a latere Montis , ejus fracta in terram illabitur Luna , sicque fit comparatio ad partam contra Turchas quinta Augusti Anno 1717. a Carolo VI. Cæsare Augusto in festo Divæ *Virginitatis* ad Nives victoriam .

DISTICHON .

*Non mirum quod fracta fleat sua cornua Luna  
Nam Virgo ad Nives Cæsaris Arma tulit ;*

LEMM A  
VIII.

*In Monte salvam te fac . Gen. cap. 19 .*

Dum Sodoma , & Gomorrha arderent , & igne cœlesti



scelerum ultore consummare decreverat Deus, ostendit Angelus Loth Montem in quo salvaretur, per quem mystice describitur Mons Sanctus, in quo salus, & dona gratiæ **MARIÆ** Virginis affatim, & perpetim inveniuntur.

**D I S T I C H O N .**

*Quo fugies tantum, ut valeas vitare periculum,  
Hoc in Monte salus Angelus ecce docet.*

**L E M M A****I X .**

*Qualibet Aurea.*

Horologium cum sua campanula, malleo, sphaera, & indice pictum significabat nullam esse horam, in qua non perciperetur sonus gratiæ, & Marianæ protectionis.

**D I S T I C H O N .**

*Aurea pro nobis dum pulsas qualibet extat,  
Pulsus namque tuus Numen, & Astra movetis.*

**L E M M A****X .**

*Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.*

Lucæ cap. i.

Beatissimam Virginem in Throno gloriæ Pater Æternus coronat, Filius amplectitur, & Spiritus Sanctus eam sibi in Sponsam selegit: hinc merito Beatam dicunt omnes generationes.

**D I S T I C H O N .**

*O felix Virgo amplexu digna Tonantis,  
Et cui tota Trias tempora sacra tegit.*

LE M M A

XI.

*Qui me non aspicit, errat.*

Stella Maris circumdata Urfa Minore cujus ministerio Naucleri navigium ventis committunt, & moderantur; Symbolum est Coronaræ nostræ Reginæ, quæ in procellosis Mundi fluctibus classim illorum dirigit, qui ad eam filialiter recurrunt.

D I S T I C H O N.

*Sint Nauclore tibi, quæ percupis Astra Patroni,  
Una MARIA mibi sit Cynosura satis.*

LE M M A

XII.

*Trinam perfectum.*

Simulacra trium Montium representantur Alvernæ nempe, Montis Sancti, & Tersactensis, qui curæ, & vigilantie Seraphicæ Religionis singulari providentia commissi dignoscuntur, & devotorum Peregrinorum frequentia jugiter recolluntur.

D I S T I C H O N.

*Montibus in sanctis tribus micat Ordo Minorum  
Trinum hoc perfectum Tu venerare pius.*

LE M M A

XIII.

*Fecit mibi magna, qui potens est. Lucæ cap. 1.*

MARIA super nubes acta a Sanctissima Triade ab exercitu Angelorum famulantium in triumphum gloriæ Coelestis deportatur.

D I S T I C H O N.

*Impendit se tota Trias, quo maxima fias,  
Regina, & Sponsa es, Angele flecte genu.*

## L E M M A XIV.

### *Divina Nuntia Pacis .*

Christus iratus contra genus humanum apparet una cum columba in rostro ramum olivæ deferens , & per aerem volitans . Præfigurabatur in hoc mysterio Regina Cælorum , & cœlestis columba puritatis , quæ velut beata pacis nuntia placat divini Numinis iram .

### D I S T I C H O N .

*Cur Deus iratus nunc clemens pandat amorem  
Nam Tu divinæ Nuntia pacis ades .*

## L E M M A XV.

*Et posuit Diadema in Capite ejus . Esther cap. 3 .*

Esther genuflexa coram Rege Assuero , Regio Diademate capiti imposito decoratur . Symbolum est MARIÆ Cœli , terreque Reginæ ab ipso Altissimo coronatæ .

### D I S T I C H O N .

*Quæ consors Regni facta est , conregnat amanti ,  
Divisumque decus alter , & alter habet .*

## L E M M A XVI.

*Locus in quo stas , terra Sancta est . Exod. cap. 3 .*

Exprimitur Mons Oreb , in cujus vertice Dominus olim Moyli in flamma ignis ardentis de medio Rubi apparuit , ex quo divinali facto alluditur apposite ad Montem hunc Sanctum , in cujus cacumine Regina , & Domina totius universi apparere dignata fuit , ut dispensaret gratias .

D I S T I C H O N .

*Hoc in Monte Dei sacro rubus ardet amore .  
Væ tibi si tanto frigus ab igne refers .*

L E M M A

XVII.

*Audivi vocem tuam , & honoravi faciem tuam . Lib. 1. Reg. 25.*  
Abigail provoluta ante Regem David ad Regale solium  
sublimari meruit ; MARIA autem , quia se Ancillam Al-  
tissimi esse profitebatur , Unigenitus Dei Filius eam sibi præ-  
elegit in Matrem .

D I S T I C H O N .

*Omnipotens cum sermo tuus queat omnia Virgo  
Interpone preces ; Orbis , aut Orbis erit .*

L E M M A

XVIII.

*Vicaria Verbi .*

Manus cernebatur nubibus obducta , & calamo super li-  
brum apertum innixa , per quam designabatur manus ip-  
sa Virginis Sacratissimæ fideliter conscribentis in Libro vi-  
tæ opera bona Marianorum clientum , & adventantium  
peregrinorum .

D I S T I C H O N .

*Nil timeant fari fatalia jura clientis  
Virginis illa suos exarat alma polus .*

## L E M M A

XIX.

Annus Co-  
ronationis.

\* tVetVr DoneC patrls paCabIt fVroreM

In artificiosi cujusdam viridarii semita Pavo tuetur parvu-  
los sub alis in symplegade a furore Patris videntis eos sibi  
dissimiles. Proprietas est MARIÆ, quæ sub pallio miseri-  
cordiæ suæ degeneres per culpam a lege divina filios a ju-  
stissima Dei indignatione defendit.

## D I S T I C H O N .

*Degenerem pudeat! vellem conformis haberi,*

*Et Matri, atque Patri, quis mihi utrumque dabit ?*

## L E M M A

XX.

*Ornaverunt faciem templi coronis aureis. 1. Machab. 4.*

Superficies Templi Salomonis coronis aureis exornata de-  
notat MARIAM coronatam esse verum Templum Dei.

## D I S T I C H O N .

*Frâstra multiplicas Salomon tua in adâ Coronas,  
Virginis in Templo est una, superque satis.*

## L E M M A

XXI.

*sedit ad dexteram ejus. Lib. 3. Reg. 2.*

Rex Salomon sedens in Throno stabat ad sinistram, dum  
Mater ejus Bersabea dexteram occupabat, significat M A-  
RIAM Virginem sedentem in Solio Cœlesti ad dexteram  
divini Filii.

D I S T I C H O N .

*Hinc Mater dextram natus tenet inde sinistram ,  
Vel dextram subeas , hic mediumque tenet .*

L E M M A  
XXII.

*Requievit Arca . Genes . cap . 8 .*

Arca Noe super Montes Armeniæ post diluuium remansit .  
Per hanc indicatur Beatissima Virgo animata Arca Dei vi-  
uentis , unde prodixit salus totius generis humani , obinde  
etiam in hoc Sacro Monte apparere , & consistere placuit .

D I S T I C H O N .

*Ecce vides misere quam mundus mergitur omnis  
In Sancto Monte hoc Arca salutis adest .*

L E M M A  
XXIII.

*Preparans Montes in virtute tua . Psal . 64 .*

In hoc representatur Salutatio Angelica hieroglyphicis  
characteribus insculpta in quadro lapide divinitus a sæculis  
celata , & inventa ab operariis , dum impacto in eum li-  
gone pro solo æquando , & extruenda hac Mariana Æde  
operam impenderent , ex quo arcano mysterio aperte col-  
ligitur , quod Mons isthic ab æterno a Deo præordinatus  
sit ad magnificandam gloriam Sanctissimæ suæ Genitricis .

D I S T I C H O N .

*Mons est iste meus , in quo me , & saxa salutant ,  
Littera sculpta manet , Advena facta canet .*

## L E M M A

## XXIV.

*Veni : Coronaberis . Cant. cap. 4.*

Beatam Virginem micantibus rosis, & florum decore circumvallatam Spiritus Sanctus e Nube lucida eam velut dilectam Sponsam suam invitat, dicens: *Veni Coronaberis .*

## D I S T I C H O N .

*Filia Sponsa veni Triadis cingenda corona,*

*Nam Pater, & Natus sanctus, & Ardor avert.*

## L E M M A

## XXV.

*Evolat immobilis.*

Aquila duobus capitibus prædita per aera ferebatur. Hæc insignia Sacræ Religionis Seraphicæ firmiter apprehensa recurvis gestabat unguibus, & ad verticem Montis cujusdam dun taxat desilire concessit. Quamobrem super dextero ejus capite loco Coronæ expressum Nomen JESU cernebatur, in sinistro vero *MARIÆ*. In hoc symbolo latens argumentum perpulchre refertur ad Augustissimam Domum Austriacam, quæ inclyto flagrans amore erga Deiparæ cultum, & honorem, hunc Sacrum Montem, & locum Fratribus Minoribus Sancti Francisci pia munificentia excolendum tradidit.

## D I S T I C H O N .

*Affectu remanet, fugiensque Minoribus offert,*

*Ut major ex minimis cedat utrique decor.*

LEMM A  
XXVI.

*Propinquiora magis.*

In quadam peramæna valle Mons admodum præcellus capite super nubes emicabat, per quem metaphorice explicabatur admirabilis celsitudo MARIÆ elevata super omnes creaturas.

D I S T I C H O N.

*Altior es cunctis magis hinc tu lumina carpis*

*Solem justitiæ, sic decet esse probum.*

LEMM A  
XXVII.

*Hic tuti.*

Sub frondosæ arboris Fraxinæ umbra viatores plures quiescebant, & quidem securi, & indemnes ab omni serpentium lateralium cominus adstantium venenoso afflatu, & lethali morfu, ita sub ineffabili MARIÆ tutela per timescendum haud est ab Averni furiis, & infernali Dracone.

D I S T I C H O N.

*Hæc arbor vitæ est, Aspis, Basilisce, Dracones*

*Hinc fugite, aut rursus conteret illa caput.*

LEMM A  
XXVIII.

*Hæc lucente salus.*

In altissima Turri Pharos apud Ægyptos alias dicta pendebat lucerna ardens, quæ splendore suo navigantium cursum regebat, ut ad portum appellerent, Figura est MARIÆ. cujus gratiæ fulgore collustratæ mortalium animæ ad portum vitæ, & salutis æternæ sospites felicissime perducuntur.



## D I S T I C H O N.

*Nec Mare, nec venti, nec fluctus damna parabunt,  
Cunctis viva Pbarus, quando MARIA nitet.*

L E M M A  
XXIX.

## Duplici digna Corona.

Fratres, & Sorores Magnæ Confraternitatis Beatæ Vir-  
ginis Montis Sancti oculis, & animis in Deiparam Co-  
ronatam intenti effinguntur, hancque ex iisdem duo pro-  
volutis in terram genibus venerantur, & offerunt coro-  
nam duodenario emicantium cordium numero instructam.  
Hoc Lemmate Sodalitatis ejusdem Alumni accommodate  
circumscribuntur, qui perpetuis temporibus pio devotionis  
affectu coronas cordium suorum eidem dicant, consecrantque.

## D I S T I C H O N.

*Aurea nunc Regina tibi est donata corona,  
Cordibus ast melius, tu redimita manes.*

L E M M A  
XXX.

## Digniori.

Stabat depictum in mari conchilium cum inclusa mar-  
garita pretiosa: hæc proxima erat columba, & Sol in  
Cælo, qui suis radiis illuminabat coronam quamdam il-  
labentem super idem conchilium. Per hunc piscem conno-  
tabatur Sancta Anna Mater MARIÆ. Per margaritam  
Virgo Sacratissima; per columbam Spiritus Sanctus, & per  
Solem Dei Filius.

## D I S T I C H O N.

*Quamvis sim Mater, hanc vero cedo coronam,  
Nam tu digna Dei, non ego Mater eras.*

LE M M A  
XXXI.

DeCore eXISTet æMVLa soLI

Annus Co-  
ronationis.

Plaustra triumphalia Solis, & Lunæ ab equis æqualiter  
acta continet, quo argumento dantur intelligi Sanctissimi  
ma Nomina JESUS, & MARLÆ, quæ suis prærogati-  
vis, & dotibus supernaturalibus Divini sui Filii Charisma-  
ta æmulatur.

D I S T I C H O N.

*Tu nocti præes, Lucis quæ Mater haberis.  
E tenebris natos ducere Matris erit.*

LE M M A  
XXXII.

hoC qVOD operIt nVtrICat VMbra

Annus Co-  
ronationis.

Venusta Ulmus patulis opaca ramis sub cujus umbra  
nobilissimæ plantæ virecebant. Allusio fit ad MARIAM,  
sub cujus umbra Materni patrociniæ fæcundæ omnium vir-  
tutum plantæ florescunt.

D I S T I C H O N.

*Plantula ne timeas! Ulmus frondosa MARIA est.  
Huius namque reget, splendor, & umbra teget.*

LE M M A  
XXXIII.

*Genitrix primæ Lucis.*

Pingitur Aurora prima lucis suæ crepuscula in Orbem  
vibrans. MARIA revera aurora fuit consurgens pulchra ut  
Luna: electa, ut Sol, de cujus Sacratissimo utero egressa est  
Lux vera Christus JESUS Dominus Noster.

## D I S T I C H O N .

*Aurora es, Primæ Genitrix clarissima Lucis,  
Qui sequitur te non ambulat in tenebris.*

L E M M A  
XXXIV.

*Dona populum meum, pro quo obsecro. Esther cap. 7.*

In hoc expressa videbatur Esther coram throno Regis Assueri prostrata, & implorans vitam populi sui. Similitudo est *MARIÆ* supplicantis Unigenitum suum, ut dimittat, & tollat peccata mundi.

## D I S T I C H O N .

*Tu flectendo pedem, flectis pulcherrima Regem.  
Teutone plecte tracem, præferat illa facem.*

L E M M A  
XXXV.

*Faciet Dominus omnibus populis in Monte hoc convivium.  
Isaïa cap. 25.*

Rex Assuerus in delizioso viridario consistens Magnates Imperii ad lautum, & solemne invitabat convivium. A latere Regina Vasthi in Regio Palatio paribus epulis foeminas excepit; & ambo in capite mensæ assidentes conspiciebantur. Hac figura demonstratur Sacrum Convivium a Filio Dei, & Sanctissima ejus Matre præparatum in hoc Gratiarum Monte devotis advenis in sacris Coronationis ipsius solemnibus.

## D I S T I C H O N .

*Cœlicolæ invitant, cibaria laeta ministrant.  
Hac dape posse frui, cura sit una tui.*

L E M M A  
XXXVI.*Sic omnibus, ac suis distribuit.*

Extensum detegebatur Mare magnum, e quo nubes aquis  
fœcundata ascendebat placide, & velut in pluvias argen-  
teas resolvebatur. Hac mystica inventione MARIAM  
denique Virginem esse immensum Gratiarum Pelagum o-  
stenditur, unde favores, & dona cœlestia in devotos Cli-  
entes misericorditer dimanant, & rapido quodam cœles-  
tium aquarum impetu in uberem Mariophilorum utilita-  
tem dilatantur.

## D I S T I C H O N.

O charum Pelagus! me mergito dulce profundum.

Naufragus esse volo, vel Palinurus ero. ✠

Soliloquium ad Virginem hisce Symbolis  
adumbratum.

Tu ergo munificentissima Virgo illa Domina es, repa-  
trix vitæ, & recuperatrix perdiri Orbis a qua talia, actan-  
ta derivarunt, & indes dimanant in mortales omnes gra-  
tiæ tuæ dona argumentosis hisce etiam Symbolis præfigura-  
ta. Tu inquam illa es, quæ a Patre Filium suscepisti, cun-  
ctisque liberaliter donasti, indeque Advocata peccatorum di-  
ceris, atque tuo patrocinio mala fugantur, & bona univer-  
sa, quæ de Aula Summi Regis prodeunt, mundo exhibes.  
Quamobrem exaudi, & consolare omnes ad te clamantes  
in hoc Solio cœlestium charismatum Clientes tuos, qui te  
*hic* cum tota Ecclesiæ universitate identidem salutant dicen-  
tes: *Et spes nostra Salve*. Cumque in hoc mundo nulla  
detur salvatio, totam proinde æternæ salutis nostræ spem in  
te, quæ sola Regina es in terra viventium, sitam esse una  
voce confitemur. Probe namque de te dicitur illud Sapien-  
tis (1) *Longitudo dierum in dextera ejus* (hoc est æternitas)  
& *in sinistra illius divitiæ, & gloria*, seu æternitatis perfe-  
ctio. Gloria tibi Domina.

✠ Palinurus  
Lucaniæ  
Promonto-  
rium ita di-  
ctum a Pali-  
nuro Navis  
Æneæ guber-  
natore, qui  
somno op-  
pressus: una  
cum guber-  
naculo in  
mare delatus  
cum ad eam  
partem Lu-  
caniæ adna-  
tasset, in qua  
postea *Velia*  
econdita fuit,  
ab incolis  
præda cupi-  
dis occisus  
est, & spolia-  
tus, cadaver-  
que ejus in  
mare abje-  
ctum. Verunt  
cum non ita  
multo post  
*Ora* illagra-  
vissima pelte  
grassaretur, ut  
oraculo mo-  
niti, Palinu-  
ri Manes pla-  
carent, Lu-  
cum ei fece-  
runt, aut  
cenotaphi-  
um, vel ut  
vult Svetoni-  
us tumulum  
honorarium  
in eodem  
promonto-  
rio, in quo  
eum posue-  
runt. Virgi-  
lius Lib. 6.  
Æueidos.

(1)

## EPILOGUS.

*Totius Operis ad Divam Virginem Gratiarum  
Matrem Montis Sancti.*

**T**Am tandem ad Te Virgo Gloriosissima æterni illius Principii, & beatissimi Finis omnia complectentis vultu Principem, ac Summam Cælorum Reginam, Ad Te Sanctissimam Genitricem incarnati Verbi, quod in purissimo utero Tuo, ut esset lapis Angularis faciens utraque unum quadrari, circumscribi, & nasci dignatum est, Ad Te inquam fulgentissimam Cynosuram adeo benigna luce imbecillitati mentis meæ in compilatione hujus Operis affulgentem ea qua par est grati animi significatione sese mea convertit Oratio, Tibique si quid gloria, & honore Tuo dignum in eo elucubratum reperitur tanquam illuminatrici, atque inexausto Divinarum illuminationum Fonti prout Te Tuus piissimus Andreas Cretensis (1) nuncupavit totum prorsus acceptum refero.

(1)  
Orat. 2. de  
Dormit.  
Virg.

Qui enim fieri potest, ut infirmitas humani intellectus & vilitas hominis ex humo suam trahentis originem ad tam sublimia mysteria, atque ineffabilia encomia pro dignitate tua penetranda, & enodanda sufficiat? Si enim æterni Patris ut ostensum est, æmularis ab extra Omnipotentiam, & misericordiam: Filii Unigeniti notionalem fecunditatem, imaginem exprimis, & sapientiam: substantialis denique Amoris ab utroque procedentis bonitatem repræsentas, qui inquam fieri potest, ut sufficiat? nullatenus sane, ut unilabio testimonium perhibent Sancti Patres, quos inter Agmen ducit Magnum illud Ecclesie lumen, & Theologorum apex Sanctus Augustinus (2) qui virginearum prærogativarum Tuarum tractatum, difficillimum esse negotium probe agnoscens: Teque alloquens sic exclamavit: *Quid dicam de Te pauper ingenio? cum quidquid de Te dixerō, minor laus est, quam dignitas Tua meretur. Quid nos tantilli, quid actione pusilli in laudibus MARIE referemus? cum etsi omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus. Alior Cælo est, de qua lo-*

(2)  
Serm. 35. de  
Sanctis

*qui.*

quimur: abyſſo profundior, cui laudes dicere conamur.

Quare Divus Bernardus Sapientia rerum divinarum per-  
 celebris, Tuusque cultor inclytus magnificentię Tuę cęlitu-  
 dinem ſimili modo perpendens, impoſſibilitatem Te condi-  
 gne celebrandi mellifluis his verbis expreſſit: (3) *Elevata eſt*  
*magnificentia Tua ſuper Cęlos, & ſuper omnem terram*  
*gloria Tua, ita ut nec in Cęlo inveniatuſ creatura, quę*  
*tuam digne laudare queat magnificentiam, nec in terra ſit,*  
*quę gloriam Tuam exprimere valeat. Nemo enim inventuſ*  
*eſt dignuſ aperire Librum pręrogativarum tuarum, & di-*  
*gne ſolvere ſeptem ſignacula ejuſ. Plenitudinem gratię;*  
*Adventum Spirituſ Sancti in Te; Virtutiſ Altiffimi obum-*  
*brationem; Verbi divini conceptionem; quod ſine gravēdine;*  
*gravida; ſine dolore puerpera; Virgo pariter, & ſęcunda*  
*quiſ enarrabit? Haſ, alięſve familiares Sanctiſ Patribuſ in*  
 explicando divinę Maternitatiſ Tuę opere difficultateſ ve-  
 lut maximo omnium ſęculorum negotio, quod omni-  
 potentia Dei ad extra poſt Chriſtum operari potuit, ut Doctör  
 Seraphicuſ teſtatur (4) *ipſa eſt (inquit) qua majorem Deuſ*  
*facere non poteſt. Majorem Mundum poſſet facere Deuſ: Ma-*  
*joſrem Matrem quam Matrem Dei non poteſt facere Deuſ, dum*  
 Purpuratuſ Cherubin Petruſ Damianuſ alta mentis acie per-  
 luſtraſſet eaſ (5) paucis ad Te facta apoſtrophe eſt comple-  
 xuſ: *Glorioſa dicta ſunt de Te Civitaſ Dei. Sed quidquid de*  
*Te a mortali homine dicitur, cęlitudininiſ Tuę meritiſ non*  
*ęquatur. Quam enim excellenſ gratia ſuper Angeluſ elevat,*  
*ad ejuſ digne efferenda præconia humana fragilitaſ non aſ-*  
 pirat. Ideoque cum tota hæc de Te fancti materia Divina  
 potiſſe eſſe videatur, appoſite ſubintrat Sanctuſ (6) Baſiliuſ  
 Selencię Archiepiſcopuſ. *Ut enim (inquiens) facile non eſt*  
*Deum noſſe, aut eloqui, imo ex eorum numero eſt, quę fie-*  
*ri minime poſſunt: ſic magnum Deipare Sacramentuſ omni*  
*ratione cęluſ eſt, & Oratione.*

Hujus argumentofę Sanctoſ inter Patreſ digreſſionis, &  
 nunquam fat effabilis ſeriem Beatuſ Thomuſ de Villanova  
 claudit, qui dum diligentiuſ cauſaſ cur in Evangelio præ-  
 fertim Sancti Matthei immenſę, infinitęque Tuę ſileantur  
 Laudeſ o Virgo! inveſtigat, reſpondit: *Quoniaſ ineffabi-*  
*liſ eſt ejuſ Magnitudo, ſatiſ fuit de ea dicere: de qua na-*  
*tus eſt JESUſ, qui vocatur CHRISTUſ.* Pulcherrimuſ  
 ſane hoc o animata Arca Dei viventis, & Sanctiſſima No-

(3)  
 Sermon. 2. in  
 Salve Regi.

(4)  
 In ſpeculo  
 B. Virg. c. 10.

(5)  
 Sermon. 2. de  
 Annunt.

(6)  
 Sermon. de B.  
 Virg.

stra Sion, quam ipsemet Altissimus fundavit, panegyricum ad captum humanæ insufficientiæ esse posset.

Quapropter si o Clementissima Domina aliquid minus Tua Majestate Laude, atque honorificentia per decursum hujus operis in medium protuli, sicut omnino necesse est, ut iis, qui de Te aliquid dicere aggrediuntur, contingat, prout paulo ante, citatus Beatus Andreas Cretensis optime advertit, Tu nihilominus quæ Mater misericordiæ diceris pro ingenta Tibi liberalitate benignissimam veniam largiri dignare, hocque devotissimæ voluntatis mee pensum pari pietate suscipito, simulque effice, ut laudes istæ, quibus pro modulo tenuitatis mee ad glorificandam Sanctissimi Nominis Tui potentiam, omnem conatum adhibui, mihi, omnibusque Te in loco Sancto isto invocantibus, sint via securissima ad superna gaudia, laudesque sine fine mansuras, sint jucundissimum iter, ut Sanctus Hieronymus (7) dixit: *ad videndum salutare Dei, Tuum nempe dulcissimum Filium*, in quem omnes Laudes Tuæ redundant Divo attestante Bernardo: (8) *Quidquid in laudibus Matris proferimus, id ad Filium pertinet, & rursus: Cum Filium honoramus, nos a gloria Matris non recedimus*, simulque in visione ejus vera, germanaque Nostra felicitas continetur.

Verum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, sicut Tuus Te laudaturus loquebatur Anselmus, humillime depono, quatenus Tu Mater Divine gratiæ speciem Tuam, & pulchritudinem Tuam, ob quam Supremo Numini ita reddita es admirabilis, ut tandem cœlestis Sponsus in speciosissimum illud eruperit encomium: (9) *Quam pulchra es Amica mea, quam pulchra?* deforme hoc, impolitumque Opus manuum mearum exornes, ignitaque charitate Tua omnium audientium, & legentium, quæ in eo continentur, animos inflames.

Fac o Virgo, ut misericordiæ Tuæ magnalia, portenta, & gratias quas incompto licet stylo recensui, & ab effusissima pietatis Tuæ dulcedine affatim Clientes Tui in hac Sede gratiarum accipiunt, ita devote recolere, & contemplare in terris, ut purgato mentis oculo post caliginosa hujus sæculi discrimina Faciem Tuam Gratiarum plenissimam velut unicuique desideriorum meorum complementum intueri merear in Cœlis, prout immensa illa Tua fretus charitate consequi spero.

Animant me Cretensis Antistitis dicta qui de Te pronun-  
tiavit: *Solet sanctissima, ut qua semper est munificentissima  
maxima reddere pro minimis*: animant, inquam, nam si  
minimum hoc calentibus votis tam intellectus, quam vo-  
luntatis velut duo minuta prompto, hilarique animo Tibi  
defero obsequium, confido omnino & ego maxima, eaque  
amplissima sempiternę beatitudinis munera meritis Tuis, &  
patrocinio obtinenda.

Eja ergo (alloquor Te verbis Seraphicis studiosissimi  
laudatoris Tui Divi Bonaventurę) (10) *Beatissima Domi-  
na MARIA illud exiguum munus, quod dat Tibi pauper  
Amicus accipito placide. Te enim cum hoc munusculo, cum  
hoc Opusculo, salutationis Tuę saluto, Te genibus flexis,  
Te capite inclinato, Te corde, Te ore saluto, salutemque  
dico Ave MARIA, opemque Tuam clementissimam cum  
eodem Purpurato Psalte amoris incendio exæstuante* (11)  
imploro: *Domina laudem meam ne despexeris, & hoc de-  
bitum Tibi Psalterium digneris acceptare. Respice volunta-  
tem cordis meis, & affectionem meam fac Tibi bene placentem.  
Propterea ad visitandos servos Tuos, ut sub tegumen-  
to manus Tuę illęsi conserventur. Illuminationem Spiri-  
tus Sancti per Te suscipiant, & refrigerium contra cupi-  
ditatis æstum.*

Affulgesce quoque o Maris Stella splendidissima luce Tua  
saluberrima naufraganti Cymbę Christi fidelium, & devo-  
torum Tuorum, ita Te omnes suppliciter deprecamur,  
ut veluti polaris Stella unica naufragantium consolatio,  
cursum vitę nostrę dirigas, inque felicem portum emensis  
tam immensis glorię encomiorumque Tuorum spatiis intro-  
ducas, quandoquidem absque clarissima virtutum Tuarum  
luce in procelloso hujus mortalis vitę pelago nullus profe-  
cto nisi cum gravi salutis discrimine navigare, portumque  
beatę illius Patrię tenere potest, ut præclare notat, & se-  
rio cunctos adhortatur Sanctus Tuus Bernardinus Senensis;  
(12) *Oportet (ait) universos Christicolos inter fluctus hu-  
jus sæculi navigantes attendere hanc Maris Stellam, quę  
supremo Cardini Deo proxima est, & respectu ipsius exem-  
pli cursum vitę dirigere. Quod si quis fecerit, non jactabi-  
tur vanę glorię ventis, nec frangetur adversorum scopulis,  
nec Scyllea voluptatum voragine absorbebitur, sed prospere  
veniet ad portum quietis æternę. Habeamus ergo Virginem*

(10)  
In Libello  
speculum B  
Virginis  
nuncupato.

(11)  
Psal. 107.

(12)  
Tom. 4. ser.  
17. art. 1.  
cap. 2.



*semper præ oculis tanquam lucidissimam stellam, ejusque virtutum lucem sequamur, habeamus velut limpidissimum omnium perfectionis speculum, ut eam amulemur, salvi sane, atque incolumes in hac vita navigabimus.*

Quem porro in finem ad Vos nunc fideles Coronatæ Reginæ Nostræ Clientes meum pro complemento devolvitur argumentum: Hoc ut efficaciter consequi valeatis, necessum omnino est, ut Virgineis laudum fertis, atque Angelicis potissimum salutationibus, in quibus Fructus Ventris ejus Benedictus, Incarnatum nempe Verbum collaudatur per exactam præsertim mandatorum divinatorum, legumque Sanctissimi Patrocinii ipsius cui asciti estis, & aggregari concupiscitis, necessum inquam est, ut præstantissimas eidem pertextatis coronas, iisdemque Sacratissimum ipsius verticem exornetis, prout Divinus ipsemet per os Sapientis Vos Sponsus invitat, & provocat (13) dicens: *Audi fili, & ne . . . . . dimittas Legem Matris meæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo: seu ut legunt Aquila, & septuaginta Interpretes: Coronam enim iubaritum, seu gratiarum suscipies tuo vertici: Ac si diceret: variis, iisque singularibus Sanctorum gratiis coronaberis.*

Ita enim coronatum fuisse celeberrimum illum jam peracta pœnitentia Theophilum Marianarum laudum publicum in Templo Præconem crediderim, intellexistis, de quo Hugo Cardinalis de Sancto Charo (14) ita scripsit.

*Quanta bona conferat jugis memoria Beatæ Virginis multa exempla manifestant. De Theophilo converso, super cujus tumulo inventa est Arbor folia pulcherrima habens, in quibus scriptum erat aureis Litteris AVE MARIA. En ut hic eadem corona salutationis Angelicæ, qua coronare consueverat Deiparam, coronatus est. Quod clarius adhuc apud Salomonem idem divinus Spiritus (15) has coronas Virgini famulantibus comendendas proponit, dum ait: Arripe illam (MARIAM intelligit piissimus commentator Richardus (16) paraphrastice explicans verba Sacri textus)*

*ejusque servitium, & exaltabit te a terrenis ad cœlestia, & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit enim capiti tuo augmenta gratiarum, & Corona inclinata proteget te, corona inquam ex rosis iubaritatis, & patientiæ, ex lilis castitatis, ex violis humilitatis, & temperantiæ proteget te, quia per hanc triplicem virtutem bo-*

( 01 )  
olbch  
P  
Virginia  
omq

( 13 )  
Proverb. c.  
1.

( 14 )  
In cap. 24.  
Eccl.

( 15 )  
Proverb. 4.  
num. 8.

( 16 )  
Lib. 2. part.  
3.

mo ab insultibus Daemonum, & vitiorum protegitur.

Et quoniam meminit Beatus Amadeus (17) de hujusmodi coronis disserens: *Coronatur etiam (inquit) Coronis omnium populorum; & exultatione multorum promovetur, felices Vos, fortunatosque hujus Sanctissimæ Matris Nostræ servos, & filios arbitremini, si Vos totos ejus obsequiis, cultuique addixeritis, & indes velut admotis facibus magis accensi variis pietatis aliarumve virtutum exercitiis gratissimam ei nectetis Coronam, quo fiet, ut æternam reportetis, quam ipsa cum dilectissimo Filio suo omnibus pollicetur, qui fideliter usque in finem perseveraverint illis æternæ veritatis verbis: (18) Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

( 17 )  
Homil. 6. de  
laud. Virg.

( 18 )  
Apocal. cap.  
2. ver. 1.

Et ne longior sim, Auræ coronidis loco operi huic Sancto tuo Nomini dicato nobilissimum illud Ozizæ Israelitici populi Principis impono elogium, qui uti Judithæ fortissimæ Heroïnæ MARIAM figurantis rerum gestarum gloriam celebraturus concinit. . . (19) . . . *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus qui creavit Cælum, & terram, qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum nostrorum, quia hodie Nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum. Ita ego ad Pedes Sacratissimæ Majestatis tuæ humiliter prostratus occino: Benedicta tu a Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente quæ audierit Nomen tuum magnificabitur super te Deus tuus Israel Filius tuus, in quem omnis gloria, honorque tuus refunditur.*

( 19 )  
Jud. 13. nu.  
23.

Interim in hujusce sincerissimæ in te fiduciæ publicam contestationem liceat mihi, omnibusque te pie colentibus verbis illis, sive amantissimi tui Sponsi, sive Spirituum supernorum te contemplari anhelantium confidenter compellare: *Revertere, revertere Sulamitis (Pacifica nostra pax, & centrum cordis nostri, jubilus, & gaudium summum post Deum, lætitia, & exultatio nostra) revertere, revertere, ut intueamur te, ostende nobis faciem tuam, ut una cum Sanctissima Triade, quæ te suarum gratiarum, perfectionumque omnium ceu suum templum, ac Triclinium inhabitando voluit esse complementum nunquam intermorituris laudum præconiis te in æviterna illa beatitate celebremus.*

Vere enim ut tuus ait Damianus: *Summa gloria, ac felicitas*

licitas est te videre, adhærere Tibi, & in protectionis tue munimine commorari. Unde de te denique Marcus Marulus modulatus est (20)

(20)  
Vir Spalatenſis æque pietate ac profapia clarus, qui circa Annum 1490. floruit.

*Te gentes, populique omnes mirantur, & omnes  
Te pariter Divum turba venenda ſuper.  
Namque tibi ſimilis ſacrarum nulla Dearum  
Eſſe poteſt, primi ſit licet illa Chori.  
Te caſi mores, humilis mens, geſtus honeſtus,  
Et ſemper ſacro pectus amore flagrans.  
Efficere quidem dignam, quæ ſola maneres  
Perpetuum magni Numinis hoſpitiſium.*

Cui ſit ſempiterna laus, honor, & gloria  
per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

F I N I S.